

29, 3. x

Zu der

öffentlichen Prüfung der Schüler

des hiesigen

Gymnasiums zu St. Maria Magdalena,

welche zum Beschluss des Schuljahres

am 6. und 7. April

im grossen Hörsaal veranstaltet werden soll,

so wie

zu der Redeübung am 8. April

ladel ehrerbietigst ein

Dr. Carl Schönborn,

Director, Rector und Professor.



- I. De Chaeremone poëta tragico scripsit et fragmenta exhibuit Dr. Henricus Bartsch.
- II. Schulnachrichten verfasst vom Rector.

Breslau, 1843.

Gedruckt bei Grass, Barth & Comp.

96r
27 (1843)

xx. 3. 92

84 45

Öffentliche Prüfung der Schüler

der Klasse



am 6. und 7. Juli

im großen Hörsaal der Philosophie

so wie

am 8. April

in legitimatem Zahl

am 1. Mai Prüfung

in den ersten beiden



derzeit bestehende 100 Studenten am unteren Ende eines langen Tisches.

1000 Blätter sind auf dem Tisch verteilt.

UB Düsseldorf

+4144 392 01

PRAEFATIO.

PRAEFATIO.

Quum ante aliquot annos de Euripide quaererem Iphigeniae Aulidensis auctore, quam quidem fabulam praestantissimam Gruppius vindicandam censuerat Chaeremoni poetae tragico, factum est, ut re ipsa ductus quae huius poetae disiecta membra per veteres scriptores sparsa laterent circumspicerem atque colligerem, alio tempore, si res ferret, de eo commentaturus. Ac Gruppii quidem illam de Iphigeniae Aulid. auctore coniecturam qui inter viros doctos amplexus sit video neminem*). Effecit tamen elegantissimi vir judicii, ut hominum doctorum animi magis converterentur ad poetam, qui etsi non tam egregia ingenii monumenta qualis Aulidensis illa Iphigenia est reliquerit, tamen non uno nomine dignus est cuius memoria ab obliuione vindicetur. Nam poeticam Chaeremonis facultatem si spectes, non ad nativam ille Sophoclis elegantiam et candorem — quae Gruppii perquam mira erat sententia — aspiravit neque ab temporis sui quae artes litterasque infecerat labe et contagione immunem sese praestitit, sed tamen idem tanta praececelluisse videtur ingenii felicitate, vix ut habeas quem ex eiusdem aetatis poetis tragicis ei anteponas. Fragmenta autem, quae, licet fractae tanquam tabulae, ex talis ingenii naufragio asservata sunt, neque numero sunt per pauca et vero singulari quadam artis praestantia conspicua. Etsi autem alii passim de Chaeremone monuerunt, tum vero etiam, ex quo tempore nos meti ipsi de hoc poeta quaerere in animum induxeramus, singula fragmenta collegerunt et de arte quaedam egregie disputaverunt, tamen nemodum exstitit, qui quicquid de Charemoni apud veteres scriptores traditum servatumque est et ab recentioribus exploratum singulari quaestione ita componeret atque persequeretur, ut iusta poetae, quoad quidem hodie fieri potest, imago adumbraretur. Egit quidem de Chaeremone tragico C. J.

⁹⁾ Nihil enim moror, quominus secum ipse pugnet unus Greverus: Euripides Iphig. in Aulis, besonders in ästhetischer Hinsicht. I. 1837. p. 4. et p. 9.

Hoffmannus, sed eius disputationis potissima pars versatur in Centauro poemate et quae vir ille doctus de eo opere disputavit, ea magnam partem prorsus falsa sunt, reliqua rei non satis faciunt. Quam rem notavit *Gruppius*, qui in libro Ariadnes nomine inscripto de arte poetae pluribus locis exposuit. Sed ea quam nitantur prorsus illa de Iphig. Aul. Auctore coniectura nullius plane momenti sunt. Ad indolem artemque Chaeremonis recte aestimandam primus viam monstravit *Ed. Muellerus*. Neque silentio praetereunda sunt quae de hoc poeta attulerunt *Bodius* et *C. O. Muellerus*. Quare non ingratum fore harum litterarum studiosis putavimus neque prorsus inutile, si data scribendi opportunitate hanc nostram opellam qualis ea cunque est in publicam lucem prodire iubemus. Quantum autem operaे pretium sit quamque vehementer optandum, ut ad lucem tandem revocetur desperita Graecorum tragœdia, nemo nescit, praesertim quum de comoedia egregium sane eius rei quasi exemplar propositum sit ab Meinekio. Qui vir clarissimus quod conqueritur (*Hist. crit. comic. Graecor.* p. 4) nos ne scenicae quidem poesios unam alteramve partem ita a quoquam explicatam tenere, ut quantum efficerint in ea Graeci, plane perspectum habeamus, id in recentioris quidem aetatis tragœdiā etiam post novissimas Welckeri curas valere arbitramur. Quod ne quis vitio vertendum ducat viro clarissimo, legat quae ipse de operis sui consilio scripsit p. 887 sq.

In fragmentis autem tractandis verissimum esse sensimus quod, harum rerum existimator longe peritissimus, G. Hermannus scribit: *Fragmente sind überhaupt eine Sache, die man nicht, wie eine vollständig vorhandene Schrift, sich vorsetzen kann zu erklären und zu emendiren, sondern sie erhalten ihr Licht meistens nur durch zufällig oder gelegentlich entdeckte Beziehungen und verlangen mithin, dass man den Zufall oder die Gelegenheit abwarte* (Nov. diurnis litterar. Jenens. 1842. n. 122. p. 507). Quare corruptos locos maluimus intactos relinquere, quam lacerata poetæ membra novis conjecturis vexare, ne mendasse potius vide remur quae emendare non licuit. Neque diffitemur illo quidem criticae artis genere nos omnino non admodum delectari. Qum autem ab initio non in animo haberemus ipsa fragmenta poetæ, ab Friebelio et Welckero iam proposita, nostrae quaestioni adiicere, factum est, ut in ea quaedam uberior tractarentur, quam opus visum fuisset, si nobis statim de exhibendis fragmentis constitisset.

— — — — —

LIBERI T. 123

**Qui ex recentioribus viris doctis Chaeremoni poetae operam quandam suam
navarunt indicantur.**

Fragmenta colegerunt:

Hertelius Curienis: *Vetustissimorum Comicorum L. sentent.* p. 740 sqq.

Hugo Grotius: *Excerpt. ex trag. et comoed. Gr.* p. 844 sqq.

Carolus Fribelius: *Graecorum satyrographorum fragm.* p. 79—95.

Welckerus: *Die griechischen Tragödien mit Rücksicht auf den epischen Cyclus geordnet.* III. p. 1082—1095.

De poeta strictim magis et in transitu quam dedita opera egerunt imprimis:

Lilius Gyraldus: *Opp. II.* p. 286, 24 sq.

Cassubonus: *De satyr. Graec. poesi II. c. 2.* p. 194.

G. J. Vossius: *De poetis Graecis I.* p. 41.

Meursius: *Biblioth. Graec. insert. Gronovii Thesaur. Gr. Antiquit.* Vol. X. p. 1296. sq.

Cuperus: *Observatt. lib. I.* p. 35.

Fabritius: *Biblioth. Gr. II.* p. 292. ed. Harless.

Westonus: *Hermesianax sive conjectur. in Athen.* p. 48.

Clintonus: *Fast. Hellen. praeft.* p. XXIX.

C. J. Hoffmannus: *Der Tragiker Chaeremon (Neues Archiv f. Philol. u. Paedag.* 1830. V. N. 46).

Gruppius: *Ariadne, die tragische Kunst der Griechen* p. 560 sqq. 720. 748 sqq.

Ed. Muellerus: *Zeitschr. f. d. AW.* 1838, N. 23, p. 186—190.

Meinekius: *Hist. crit. comicor. Graec.* p. 517 sqq.

Bodius: *Geschichte der Hellen. Dichtkunst.* III. I. p. 556 sq.

C. O. Muellerus: *Geschichte der griech. Litt.* II. p. 188.

Ex iis qui Aristotelis de arte poetica librum interpretati sunt de Chaeremone tradiderunt:

G. Hermannus p. 96 sq. cf. eund. ad *Eurip. Hecub.* p. 130 sq.

Graefenhanus p. 25 et p. 105.

Knebelius: *Aristoteles Werke IV.* p. 355. n. 8.

Ritterus p. 87.

Reliquos suo quemque loco indicabimus.

CAPVT PRIMVM.

**RECENSENTVR VETERES SCRIPTORES QVI DE CHAEREMONE POETA TRA-
DIDERVNT DEQVE ALIIS EIVSDEM NOMINIS HOMINIBVS DISPVATATVR.**

Chaeremonis nomen qui habent apud veteres scriptores citantur plures^{*)}. Poetae de quo quaerimus antiquissimam servavit memoriam *Eubulus* poeta comicus (cf. Incert. fabb. frag. III). Proximum est testimonium *Ephippi* poetae comici, qui teste Athen. XI p. 482. c. Chaeremonem una cum Euripide commemoravit in Ephebis fabula; auctor est Antiochus Alexandrinus qui scripsit περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ καιρῷτις κομῳδονμένων ποιητῶν. Neque enim dubitamus quin tragici poetae et Chaeremo et Euripides eo loco significantur, quamquam de Euripide quidem distincte negat ille Antiochus. (cf. Welcker. Tragg. Gr. III p. 1086. Meinek. Fragm. com. III p. 328; locum ipsum afferemus cap. II.) Ceterum non semel Chaeremonem irrisione fuisse Eubulo aliisque mediae comoediae poetis, quippe quibus id ludendi genus imprimis fuerit frequentatum (Meinek. Hist. crit. I p. 285.), quum per se veri sit simile, tum ex poetae dicendi genere totaque artis indeole quam fragmenta produnt facile est ad suspicandum. Cujus rei nescio an alia quoque exempla suppeditarit Antiochus ille Alexandrinus, cuius ex libro Athenaeus etiam praeter unum illud Ephippi dictum quaedam de Chaeremone desumpsisse videri potest. Idem enim *Athenaeus* et fragmentorum copiam haud spernendam et fabularum nomina compluria servavit. Eum prorsus secutus est *Suidas* neque *Eudocia* novi quicquam addit nisi quod, ut *Suidas* atque etiam *Anonymous* interpres ad Aristot. Rhet. III, 69. b, Chaeremonem comicum facit. Praeter *Athenaeum*, quem ipsum non omnes hujus poetae fabulas habuisse ex duobus locis Athenaei (II p. 43. c. XIII p. 562. e) iure suspicatur Friebelius l. c. p. 80, fragmenta servarunt imprimis *Aristoteles*, *Theophrastus*, *Plutarchus*, *Stobaeus*, *Eustathius*. De arte poetae tum quaedam innuit *Athenaeus*, tum vero *Aristoteles* pluribus locis luculentum suum iudicium interponit; qui duo viri gravissimi de Chaeremone testes habendi sunt. Praeter eos autem quos indicavimus, Ptolemaeorum praeципue temporibus, alios quoque qui de musicis Graecorum certaminibus, de tragedia et comoedia commentati sunt vel πίγαρας et ἀναγραφὰς δραμάτων considerunt, de Chaeremone tradidisse ex servatorum copia fragmentorum licet coniicere et documento est *Antiochus ille Alexandrinus*, quode vid. Meinek. Hist. crit. p. 14 et p. 285.). Num autem poeta, ut *Ion*, *Achaeus*, alii poetae tragici, apud Alexandrinos doctum quandam nactus fuerit interpretem, incertum est; hoc quidem certum, multa in eius fabulis fuisse quae docti commentatoris acumen et diligentiam requirent. Sed obstat quodam modo, quod critici illi Alexandrini operam suam navarunt iis potissimum poetis, qui in canonem illum recepti sunt, id quod Chaeremoni non contigit. Qua de causa non mirum est eum ab grammaticis et lexicographis, ut ab *Hesychio*, *Polluce*, aliis non citari (cf. quae ea de re disputavit Welckerus l. c. p. 922 sq.). Nec tamen dubium videtur, quin poetae opera, etsi forte non integra, ad Alexandrinos pervenerint

^{*)} Vocem derivat Phavorinus Eclog. p. 742, 2: Χαιρήσειν ἐκ τοῦ χαιρέω, ἐξ οὐ μετοχὴ πεχαρηὸς καὶ ὄνομα ὁ Χαιρήσων.

neendum illo tempore obruta fuerint oblivione. Postera autem aetate incertum est quae sors Chaeremoni obtigerit. *Cocondrius*, qui scripsit περὶ τρόπων, aenigma Chaeremonis servavit; unum poetae versum, quem quidem plures servarunt scriptores, latine expressit *Cicero*; ex poetis tragicis Romanorum quemquam in fabulis scribendis Chaeremonis secutum esse vestigia non valde probabile est, et si eandem quam Chaeremo fabulam Ius tractavit Attius. Videntur ejus fabulae, antea magno cum studio lectitatae, pedentim ex memoria et usu evanuisse et magno illo litterarum naufragio intercidisse servatis tantum paucis quibusdam sententiarum frustulis.

Recepérat etiam *Meleager* (Anall. Brunck. I p. 3.) in coronam suam Chaeremonem poetam, cuius nomine insignita tria epigrammata in Anthologia extant. Quorum epigrammatum auctor num idem sit poeta tragicus an alias, nunc quidem licet dubitare.

Iam de aliis eiusdem nominis quorum ad nos pervenit notitia breviter exponamus. *Chaeremonem* quandam acerbo dictione propter corporis nescio quam infirmitatem perstringit *Lucilius**); qui quum sub Nerone floruerit, a quo eum pecuniam accepisse scimus, idem autem frequenter grammaticos deriserit**), dubito num epigramma ad Chaeremonem quandam artem professum grammaticam sit referendum an ad Chaeremonem Stoicum, de quo statim dicetur. Ad Graecum enim poetam spectare minus videtur probabile. cf. Friebel. p. 80. Aliud incerti poetae epigramma scriptum est in *Chaeremonem* nescio quem qui Trallibus, patria urbe, terrae motu vastatis Caesaris ope implorata efficit ut restituerentur.

Satis notus est *Chaeremo Stoicus Alexandrinus*, quem una cum Cornuto commemorat Eusebius Hist. Eccles. p. 245. a. Not. d. ed. Vales. eumque secutus Suidas ν. Θοργένης p. 2784. B. (ed. Gaisf.). Is teste Suida (ν. Αἰονίσιος Ἀλεξανδρεὺς p. 1016. C. et ν. Ἀλεξανδρὸς Ἀλγαῖος p. 181. D.) Alexandriae philosophiam docuit et Romam vocatus Neronis in philosophia fuit praceptor. Scripsit autem de cometis (Orig. contra Celsum I p. 46) deque rebus Aegyptiacis tradidit (Porphyr. de Abstinent. IV p. 6; cf. Ioseph. contra Apion. libr. I); περὶ συνδέσμων quaerens idem Stoicus Chaeremo citatur ab Apollonio (Bekkeri Aeed. Gr. II p. 515, 15.). Vocatur etiam Ἑρογλαματεὺς apud Tzetzem (Exeg. in Hom. Il. p. 123, 11. 28. et p. 146, 16.) et Eusebium; condiderat enim Ἑρογλυφικὰ Suida teste (ν. Ἑρογλυφικὰ et ν. Χαράκην) cf. Creuzer. Symbol. I p. 383 sq. Fuerat autem bibliothecae Alexandrinae praefectus cf. Ions. de script. hist. philos. p. 208. Idem comitatus est Aelium Gallum ducem in Aegyptum navigantem. cf. Strab. XVII p. 558. (ed. Tzschuck.), qui quidem minus honorifice de hoc philosopho iudicat quam Porphyrius. Quae praeterea de hoc viro tradiderunt Eusebius, Clemens Alexandrinus, alii, ea quum ex philosophiae historia peti facile possunt hoc loco praetermittimus. cf. Brucker. II p. 543 sq. Krug. Hist. philos. antiq. p. 407. Scriptum est in Chaeremonem Stoicum epigramma Martial. XI, 56. ed. Schneidewin. *Chaeremonem* grandevum Nili urbis episcopum memorat Eusebius Hist. Eccles. p. 268. b; *Chaeremonem* Sicyonium, patrem Chaereae pugilis, affert Pausanias VI, 3. 1. De *Chaeremone* gemmarum sculptore vid. Winckelmann. Descript. n. 238.

**) Eius epigramma fragmentis subiecimus.

** cf. Anthol. Gr. XIII. p. 912 sq.

CAPVT SECUNDVM.

EXPOSITVR DE AETATE QVA CHAEREMO VIXERIT.

De Chaeremonis aetate quum a nemine veterum scriptorum certi quicquam proditum sit, ad conjectuae probabilitatem confugiendum est. Ab Aristophane quidem, acerrimo illo tragicorum imprimis poetarum existimatore, neque in Ranis neque alia in fabula Chaeremo commemoratur. Eius autem aetatem florentis si fabulis suis attigisset, non dubitandum est, quin comicus notasset poetam qui egregiam inter aequales famam consecutus est et cuius scribendi genus omnisque artis ratio magnam variamque ridendi copiam suppeditasset. Qua de caussa statuendum est Chaeremonem, eti forte natales eius in ipsa Aristophanis tempora inciderint, at certe floruisse demum post Ol. XCIII, 4. et Ol. XCVII, 4.

Acedunt autem alia eaque ad aetatem constituendam longe graviora. Perstringitur enim Chaeremo ab Eubulo poeta comico (cf. Frg. inc. III.) de quo scribit Suidas: ἦν δὲ κατὰ φύσιν Ὀλυμπιάδα μεθόγοις τῆς μέσης κομῳδίας καὶ τῆς παλαιᾶς. Mediae eum comoediae poetis adnumerant Etym. M. p. 451, 30 et Ammon. v. Ἔνδον. Sed ea quum circiter ab Ol. XCVI usque ad Ol. CX, 3 pertinuerit, Meinekius (Hist. crit. p. 355. cf. 271.) Eubulum vix recte dici posse monet in ipsis veteris mediaequa comoediae confiniis vixisse idemque hunc poetam etiam propter temporum notas quas fragmenta contineant longe ultra eam quam Suidas posuit Olympiadem vitam extendisse statuit. Itaque Eubulus fuit aequalis Ararotis, filii Aristophanis (Athen. XI p. 471. e.), quem Suidas in certamen descendisse primum tradit Ol. CI*).

Quamquam igitur ne de Eubuli quidem aetate satis constat, hoc tamen certum est eum neque multo ante Ol. CI fabulis inclaruisse et per plures abhinc Olympiades floruisse. Quum autem mediae quam dicunt comoediae poetae in tragicis ridendis valde occupati fuerint neque aequales tantum suos, sed etiam dudum mortuos gnaviter luserint, tum maxime Eubuli poesis in poetis tragicis, imprimis Euripide, exagitandis versata est; cf. Meinek. Hist. crit. p. 285 sq. p. 356. Ed. Mueller. Gesch. d. Theor. d. Kunst. I p. 207 sqq. Quae cum ita sint, possit quidem aliquis suspicari Chaeremonem iam multo ante Eubulum et eadem fere aetate qua vixerit Euripides floruisse. In quam sententiam abiisse video Ritterum ad Arist. Poet. p. 88. Sed quod mortuo dudum contigit Euripi, poetae clarissimo et aequalium pariter ac posterorum laudibus celebrato, idem quominus cadere statuamus in Chaeremonem, licet poetam suo in genere egregium suaequa aetatis hominibus valde probatum, multa prohibent. Fragmentorum certe ea est indoles, ut ex iis Euripide eum aliquanto recentiorem fuisse coniicias, licet alia nonnulla Euripidei sint simillima. Accedit quod ipsi illi versus, quibus Eubulus Chaeremonem derisit, significare quodam modo videntur vellicari hominem vivum ac superstitem, cuius tragediae etiam in omnium versarentur manibus quemque spectatores facile dognoscere. Rem autem plane conficit testimonium Ephippi poetae comici, qui Euripidem una cum

* cf. Boeckh. de trag. Gr. princ. p. 291. Rank. de Aristoph. vita p. CXCVII sqq. Etiam Clintonus Fast. Hellen. p. XLV Eubulum ponit Ol. CI, Bernhardyus autem Lit. Gr. I. p. 520. post Ol. XCVIII, 4.

Chaeremone perstringens aperte alterum sibi fuisse aequalem prodit apud Athenaeum XI. p. 482. b: "Οταν δὲ Ἐφίππος ἐν Ἐφίπποις λέγῃ.

οὐ κύλικας ἐπὶ τὰ δεῖπνα Χαιρῆμαν φέρει,
οὐ κυμβίσιτι πεπολέμηται Ἐπειτίδης;

οὐ τὸν τραγικὸν λέγει ποιητὴν, ἀλλά τινα διμόνιμον αὐτῷ, ὃς φίλοινόν τινα ἡ αἰτίαν ἔχοντα
οὐ κρητηὴν, ὃς φησιν Ἀντίοχος δὲ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδον-
μένων ποιητῶν. de quo loco cf. quae diximus cap. I. Notandum enim est illud φέρει et
πεπολέμηται. Ephippum autem mediae comoediae poetam fuisse constat. cf. Meinek. Hist.
crit. p. 351. Versum Chaeremonis in usum suum convertit etiam Nicostratus, idem mediae
poetis comoediae ascribendus; de quo versu vid. ad Chaeremonis Achillem fabulam. Neque
minus luculentum est recentioris aetatis indicium, quod Chaeremo ab Aristotele (Rhet. III,
12, 2.) refertur inter ἀναγνωστικοὺς. cf. Bernhard. Litt. Gr. I p. 45. 48. et quae nos infra de
arte disputabimus. Itaque vix ac ne vix quidem dubium esse potest quin Chaeremo Eubuli et
Ephippi fuerit aequalis. Quum autem Eubulus fere inde ab Ol. CI floruisse putandus sit, a
vero non multum videtur abhorrire, Chaeremonem, aetate illi aut parem aut quod veri similius
est paululum eo maiorem, eodem fere tempore aut paulo ante i. e. circiter Ol. C in famam
hominum celebritatemque venisse*). Cui conjectura favet quodam modo quod etiam Aristoteles
Chaeremonem saepius et solo quidem nomine citat deque eo ut de vivo ac vigente disserit
in Rheticis, opere ultimis demum vitae annis conscripto. Quo autem quis propior summo
philosopho vixit, eo copiosius ille exponit de ratione et fortuna, quam poetarum scripta pu-
blice sint experta, ut monuit Graefenhan. ad Aristot. Poet. p. XXIII.

Quo autem poeta anno natus fuerit aut quo obierit mortem, ne conjectura quidem ullo
pacto assequi licet. Tamen a vero quam proxime abesse nobis videatur, si statuamus Chaere-
monem fere inde ab Ol. XCIII usque ad Ol. CX vitam perduxisse. Attigit igitur poeta haud
dubie Aristophanis tempora et mediae fortasse comoediae finem habuitque inter tragicos poetas
aetate suppare Carcinum et Astydamantem minores, Aphareum, Theodectem; ab Euripide
distat florente circa annos LX. Inter comicos poetas praeter alios aequales Araros
et Philippus, filii Aristophanis, et heroes illi clarissimi Antiphanes, Alexis, Eubulus. Aetate
proximos addere libet ex philosophis Platonem et Aristotelem, ex rhetoribus et oratoribus
imprimis Isocratem, Lycurgum, Demosthenem. Neque procul distant qui dithyrambis
scribendis praeter ceteros illo tempore inclarerunt Timotheus, Philoxenus, Telestes. Quo-
rum virorum nomina non una de caussa hoc loco attulimus. Quae enim illo tempore quo poeta
vixit praecipue florebant studia et vigebant, ea quis dubitet quin etiam Chaeremo sectatus
fuerit et amplexus, praesertim quum ad talium hominum exemplum dirigere et conformare
suum ingenium posset. Quum autem de poeta recte existimari non possit nisi de aetatis qua
vixit ratione rerumque publicarum statu omnis quasi norma iudicandi repetatur, temporum
quoque hoc loco iniicienda est mentio. Inciderunt igitur Chaeremonis natales sub finem belli
illius calamitosi ex quo omnis apud Graecos morum conversio totiusque vitae depravatio et
corruptela nata est, ita ut cum perversa penitus rerum publicarum condicione conquassataque

* Idem statut Od. Mueller Litt. Gr. II. p. 188.

deorum fide et religione etiam litterae artesque omnes in peius ruerent et a pristino flore subinde degenerarent. Quid autem mirum, si, quae depravatio ac labes, ut ceteras omnes vitae et litterarum partes, ita etiam tragoidiam iam inde ab Euripide infecerat, eius etiam apud Chaeremonem manifesta quaedam reperiantur vestigia?

CAPVT TERTIVM.

DE PATRIA ET RELIQUA VITAE CONDICIONE DEQVE MORIBVS AC STVDIIS POETAE DISSEKITVR.

De patria Chaeremonis nulla quidem apud veteres scriptores mentio facta est, sed non improbabilis videbitur coniectura suspicantis, eandem ei patriam ac sedem fuisse quam omnino ars dramatica habuit, omnium artium litterarumque nutricem Athenas. Nemo enim illo poesis genere inclardit quin aut natus fuerit Athenis aut statim eam in urbem se contulerit teste Platone, qui (Lach. p. 183. B.) scribit: — — ὃς ἀν οἴηται τραγῳδίαν καλῶς ποιεῖν, οὐκ ἔξωθεν κύκλῳ περὶ τὴν Ἀττικὴν πατὰ τὰς ἄλλας πόλεις ἐπιδεικνύμενος περιέρχεται, ἀλλ᾽ εὐθὺς δεῦρο φέρεται καὶ τοῖσδε ἐπιδεικνύστιν. Quae quidem res ipso silentio confirmatur quo veteres Chaeremonis patriam transeunt. Ceteroquin, opinor, poeta pariter atque Ion Chius, Achaeus Eretriensis, Theodectes Phaselites, alii a patria cognomen duxisset. Accedit quod Chaeremo perstringitur, ut supra indicavimus, ab Ephippo et Eubulo poetis comicis. — Ut autem de patria poetae nihil traditum est, ita nec de parentibus nec de prima aetate aut institutione aut de rebus eius domesticis quicquam compertum habemus. Quid autem impedit, quominus etiam Chaeremonem Athenis educatum credamus institutumque omnibus iis artibus et litteris, quibus potissimum illo tempore Atheniensium iuvenes erudiri solebant. Habebat certe aequales, quorum ad doctrinam et disciplinam animum converteret quorumque consuetudine et auctoritate magno cum fructu uteretur. Frequentabantur autem, ut inter omnes constat, illo tempore imprimis philosophorum disputationes, rhetorum sophistarumque scholae et institutio-nes, ita ut a verisimili prorsus non abhorreat, si quis divinarit Chaeremonem quoque iuvenili aetate imbutum fuisse disciplina cum aliorum tum Isocratis, cuius tunc domus, ut ait Cicero, cunctae Graeciae quasi ludus quidam patebat atque officina dicendi. Etenim ex tali quadam institutione, ad quam quidem ipsum ut videtur poetae ingenium et aetas ferebant, profecit sine dubio subtilem illam in describendo curam ac diligentiam, quam notavit in Chaeremoni Aristo-teles; ex ea profectus excoluit dicendi genus illud artificiosum, orationem imaginum luminibus exornatam quam reliquiae luculenter produnt. Socratis autem Chaeremonem fuisse discipu-lum, ut recentiorum quidam statuerunt (Lil. Gyraldus Opp. II p. 286, 24. Hertel. p. 740. Voss. p. 41.), nescio quo ducti probabili arguento, equidem non crediderim, quum philoso-phus ille venenum hauserit iam Ol. XCIV, 2.

Musicam quoque artem et lyricae poesis illud genus, quod tunc Athenis in summis habe-batur delicis, dithyrambum dico Atticum, studiose amplexum fuisse poetam, documento est

eius Centaurus. Quibus in studiis quem potissimum ducem sectatus sit frustra est quaerere. Inter tragicos vero poetas, ut multi alii, ita etiam Chaeremo eandem viam videtur fuisse ingressus, quam primus monstrarat Euripides, et ad eius poetae quandam similitudinem se composuisse.

De moribus poetae non habeo quod afferam. Nescio tamen an illud *πίνειν καὶ παιζεῖν*, quod sibi a Baccho exoptabat Ion Chius (Athen. X p. 447. d.), etiam in Chaeremonem cadat. Vini quidem et Amoris laudem poeta egregie celebravit. cf. frg. inc. I. II. atque Ephippi de Chaeremoni dictum*) et suavissimam virginum descriptionem ex Oeneo fabula servatam, ex qua vel sola poetam *ἔρωτικότατον* fuisse coniicias. Neque vero alterum illud quod Ion addidit: *καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν*, caussa est cur a Chaeremoni abiudicandum censeamus, quum eam animi ingenuitatem pariter fragmenta ostendant.

Magnam poetam apud aequales famam assecutus est, ut iure ac merito suae quidem aetatis tragicorum poetarum facile princeps dici haberique possit. Quae res quum pluribus firmiter argumentis, nonnulla hoc loco attulisse sufficiet. Aristoteles enim, ut iam diximus, dignum Chaeremonem habuit quem pluribus locis citaret et de cuius arte exponeret et ita quidem, ut eius poemata studijs lecta et permagni aestimata fuisse manifesto appareat; Aristoteli accedit non uno loco Theophrastus. Comicis eum poetis irrisione fuisse, ut Eubulo, Ephippo, etsi non laudis, at certe nominis et celebritatis non leve indicium; versum Chaeremonis, multorum imitatione frequentatum, expressit etiam Nicostratus. Apud Alexandrinos quoque poetam suas sibi laudes vindicasse documento est Antiochus ille Alexandrinus. Neque minus eam famae celebritatem comprobat servatorum fragmentorum et magnus numerus et vero insignis ratio. Supersunt enim plus LXX versus integri neque ii singuli tantum et disiecti, sed etiam XVII et VII continui et inter se nexi. Sententiarum quas more suo excerptis Stobaeus supersunt fere XX earumque nonnullae a pluribus allatae scriptoribus, ita ut per vulgatas atque omnium ore tritas eas fuisse appareat. Suavitatis autem et dulcedinis quum fragmenta plena sint fere omnia, in se ipsa gravissimas insignis illius famae atque admirationis caussas continent.

CAPVT QVARTVM.

EXPLICATVR DE CHAEREMONIS SCRIPTIS.

Iam pergendum nobis est ad ipsa ingenii quae poeta condidit monumenta, quorum quidem ad nostram memoriam pervenit notitia. Qua in quaestione principium petendum est ab Suida, qui p. 3887. A haec affert: *Χαιρήμων κομιζός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἔστι ταῦτα· Τραγανίας, ὡς Ἀθῆναις φησιν. Οὐρεύς* (Athen. XIII p. 608. a. Olveús). *Ἀλγεσίβουα. Κένταυρος.*

*) οὐ κύλικας ἐπὶ τὰ δεῖπνα Χαιρήμων φέρει; quod sine dubio interrogatione efferendum est. cf. p. 6.

Διόνυσος. *Ὀδυσσεύς.* *Θύετης.* *Μινύαι.* *Καὶ ἔτερος Χαιρήμων γράψας Ἱερογλυφικά**). In his fabularum nominibus afferendis Suidas prorsus secutus est *Athenaeum*, ita ut vel adeo eundem ordinem servaret. Suidam denuo excrispsit *Eudocia* (Villoison. Anecd. I. p. 436): *Χαιρήμων πεμπτός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ταῦτα φέρεται.* Sequuntur iidem eodemque ordine tituli. Accedit autem alia fabula, auctore *Suida*, qui (p. 2796. D) *Χαιρήμωνος ἐν Θερσίτον* versum citat, licet eundem ν. ὑπάρχον, ut etiam Zenobius, tribuat Menandro, *Athenaeus* vero Aristarcho tragicō assignet. Nimirum sententia est pluribus poetis communis. cf. Fribel. p. 83 et quea infra ad fabulam disputantur. Chaeremonis autem fabulam quod attinet Therstite nomine inscriptam, alia accedit auctoritas ab *Stobaeo* (Eclog. 1, 7 p. 196), qui *Χαιρήμωνος Ἀχιλλέα Θερσίτονον μεμόντα***). Sine dubio igitur una eademque fabula est, cuius inscriptione aut duplex fuit aut a Suida minus accurate allata. cf. Fabric. bibl. Gr. I p. 673. Welcker. Trag. Gr. p. 1087. Similiter Apollodori et *Τελευτώνος* commemoratur et *Ὀδυσσεύς*, cf. Welcker. p. 1046 et ipsius Chaeremonis et *Ὀδυσσεύς* et *Τρανυατίας*. Praetermissa autem plane a Suida est fabula quam praeter illas citat *Athenaeus* *Ἰώ* inscripta. Denique quum *Aristoteles* (Rhett. II, 23) Chaeremonis versum citet hunc: *Πενθεὺς ἐσομένης σύμφορας ἐπόνημος*, ex eo viri quidam docti collegunt etiam Pentheum fabulam a poeta scriptam fuisse, sed multo verisimilius est versum illum ad *Dionysum* fabulam pertinere, ut statuit Elmsl. ad Eur. Bacch. v. 508, cui accedit Welcker. p. 1090 et Fribel. p. 84. Eadem ratione Iophonti sive Cleoponti Bacchae et separatum Pentheus attribuuntur, quae quin una eademque fabula sit vix licet dubitare cf. Valcken. Diatr. p. 16. b et Welcker. p. 975 sq. 1010. Eadem suspicio cadit in fabulam, quam *Athenaeus* citat duobus locis, altero quidem *Ὀδυσσέα* (XIII p. 608. e), altero ἐπιγραφόμενον *Τρανυατίαν* (XIII p. 562. f) vocans, *Aristoteles* vero (Poet. XIV, 38) *τρανυατίαν* *Ὀδυσσέα*, auctoris quidem nomine non addito. cf. interpres ad h. l. et Meinek. Hist. crit. p. 518 et 521. Consentit Welcker. p. 1087, a quo p. 1046 perquam apte conferuntur Apollodori fabulae quae separatae citantur *Ἀσανθοπῆς* et *Ὀδυσσεύς* et Epicharmi quae omisso Ulixis nomine afferuntur *Ἄντροπός* et *Ναναγός*, cf. eund. p. 1160. De ipsius Chaeremonis Achille *Θερσίτονῳ* modo diximus. Ex incertis fabulis sunt plerique versus quos servavit Stobaeus.

Fabulae igitur Chaeremonis quarum notitiam habemus sunt:

a) quae in cyclo epico versantur:

ΑΙΘΙΟΠΗΣ. *Ἀχιλλέας Θερσίτονος = Θερσίης.*

ΤΗΛΕΓ'ΟΝΕΙΑ. *Τρανυατίας = Ὀδυσσεύς.*

ΕΠΙΤΟΝΟΙ. *Ἀλφεσίβοτα.*

Olyneūs.

b) extra cyclum epicum:

Διόνυσος.

Ἰός.

Μινύαι.

Θύετης.

*^o) quode vid. supra p. 5.

**) Errorem note Meinekii. Hist. crit. p. 518 *Ὀδυσσέα Θερσίτονον* citantis.

Ad quas fabulas accedit poema quod inscriptum est

Κένταυρος,

ab *Aristotele* *χαρῳδία* nominatum, ab *Athenaeo* *δρᾶμα πολύμετρον*, de quo infra disputabimus.

Ex argumentis quae a poetis Graecorum tragicis tractata esse scimus propria Chaeremoni sunt *Iō* et *Mīnīa*, *Ἀλκεσίβοια* vero et *Θεότης* ex iis fabulis, de quibus scribit *Aristoteles Poēt.* XIII, 7: *ποὺ τὸν μὲν γὰρ οἱ ποιηταὶ τοὺς τυχόντας μάθοντες ἀποφέρουν, τὴν δὲ περὶ ὅλης οἰκίας αἱ κάλλισται τραγῳδίαι συντίθενται, οἷον περὶ Ἀλκμαῖον καὶ Οἰδίπον καὶ Ὁρέστην καὶ Μελέαγρον καὶ Θύεστην καὶ Τύλερον, καὶ δύοις ἄλλοις συμβέρημεν ἢ παθεῖν δεῖνά ἢ ποιῆσαι.* cf. XIV fin. Neque causa latet*).

Satyrica dramata si scripserit Chaeremo, id quod negat Welckerus, ad ea referenda videantur fabulae Achilles Thersitoctonus, Io, Dionysus. Quot autem omnino fabulas Chaeremo composuerit non constat neque aliunde de pleno earum numero licet conjecturam periclitari. Nam trilogias sive tetralogias poetam condidisse vix sibi quisquam persuadebit, licet ea componendi ratio ad recentissima usque tragicae artis tempora Athenis obtinuerit; qua de re cf. Welcker. p. 894 sq. Neque quaeri potest, quot quasve poeta fabulas in scaenam commis- sit aut num quae commissae victoriā reportarint. Nullas enim docuisse fabulas Chaeremonem certe probabilius est. Quae autem id genus alia in eiusmodi quaestione in disceptationem solent vocari, ea quum expediti in hac nostra causa nullo modo possint praeteriisse satius est. Vix tamen dubium videtur, quin poeta, cuius etiamnunc octo circumferantur fabularum nomina tamque larga fragmentorum copia exstet et quo legendo veteres mirum quantum videantur fuisse delectati, ipse eximia quadam ingenii felicitate praeditus, in magna quae illis temporibus erat tum tragicorum tum tragediarum ubertate earumque spectandarum legendarum que flagranti studio vel potius furore, non parvum earum numerum composuerit.

Praeterea griphus quidam Chaeremonis asservatus est in item scriptus atque etiam tria epigrammata Chaeremonis nomine insignita, quorum de tertio quidem dubium visum est, num eiusdem poetae sit, qui superiorum fuerit auctor. Quum in Meleagri *στρεψάρον* Chaeremo receptus fuerit poeta, certe ex eo coniicias, eum satis antiquum fuisse. cf. Antholog. Gr. XIII p. 870. Quare nulla caussa adesse videtur, cur duo illa epigrammata, quae ad Argivorum et Spartanorum de agro Thyreatico pugnam spectant, ab tragico poeta profecta esse negemus.

CAPVT QVINTVM.

TRAGICVS POETA CHAEREMO QVO IVRE IDEM FVISSE COMICVS PERHIBEATVR, QVAERITVR.

Iam dicendum est de discrimine quo veterum scriptorum alii Chaeremonem tragicis, alii comicis poetis adnumerent. Qua de caussa etiam ex recentioribus eum comicum fuisse statue-

* Gravenhorstius de caassis corruptae post bellum Peloponnesiacum apud Graecos artis tragicae p. 7: Immani

runt Grotius, Gyraldus, Hertelius, Vossius; tragoeidis eundem et comoediis scribendis operam navasse opinatus est Heeren. ad Stob. Ecl. I p. 196. cf. II p. 148; fuisse ne aliquis Chaeremo comicus an idem poeta in utroque genere laborarit, dubitavit Schweighaeuserus; tragicum esse poetam affirmarunt Cuperus, Kuesterus, Fabricius, alii.

Tragicum Chaeremonem poetam distincto testimonio perhibent *Theophrastus* apud Athen. XIII p. 562. e. et ipse *Athenaeus* II p. 35. d. et 43. c., quo eum loco perstringit Eubulus, XIII p. 608. a. et XV p. 679. f. Accedit *Eustathius* Comment. in Odyss. 1545, 53. Quibus locis omnibus Chaeremo aut τραγικός aut τραγῳδοτοίς aut τραγῳδης vocatur*). Comicum vero poetam faciunt *Suidas*, *Endocia* et *Anonymous* ad Aristot. Rhet. III, 69. b.

Auctoritatatem horum testimoniis ponderanti dubium esse non potest, utris maior fides habenda sit. Grammaticos autem et scholiastas in distinguendis poetis tragicis et comicis parum accuratos confusisse saepenumero, ut tragoeiae et comoediae, sic etiam utrorumque poetarum nomina exemplis demonstratum est quam plurimis. Nominamus tantum Aristiam Phlia-
sium (Aelian. Nat. Anim. VI, 51.) Agathonem (de quo vide quae disseveruit Bentleius de epist. Eurip. ed. Lips. p. 63. et satis copiose Martini de Agathone. 1839. p. 4 sqq.), Iophonem (de quo iam Lessing. de vita Soph. p. 132.); de Ione (Nieberding. p. 5 sq.) infra dicemus**).

Sed de Chaeremoni quum causa non ita certa sit, nullus ut dubitandi locus relinquatur, res paulo altius repetenda videtur. Litterarum atque imprimis poesis genera apud Graecos tam arctis inclusa fuisse limitibus, ut suum quaque g̃ns sibi quasi peculiare vindicaret, inter omnes constat. Quae quidem lex adeo valuit, ut etiam singuli poetae in suo quisque genere quod excolendum sibi sumpserant sese continerent neque ad comoedias scribendas tragicis neque comicis ad tragoeidas se converterent. Quid, quod ne actores quidem fabularum tragicis poetis et comicis iidem fuerint. cf. insignem locum Platonis de Rep. III p. 395. a. b. (Ion. p. 534.) et quae eo allato disputaverunt Bernhardyus Litt. Gr. I p. 114 et 115. cf. p. 30, qui eius rei ne apud Alexandrinos quidem reperiri exemplum monet, et Meinekius l. c. p. 503. 425. 236. In eadem sententia est Welckerus l. c. p. 896. cf. p. 1296. Quamquam Socrates ille Platonicus (*Sympos.* p. 223. D) eiusdem viri asseverat esse et tragoeidam scribere et comoediam, utramque igitur artem necessario quodam vinculo esse coniunctam; ad quam quidem eius sententiam, nisi coacti, Agatho et Aristophanes non accessisse dicuntur**).

enim facinorum atrocitate haec fabulae, etiamsi minus accurate enarratae et expositae essent, tamen spectatorum animos vehementissime permovere et percutere posse videbantur.

* τραγῳδης vocat epitome Athen. II p. 35. d. Recentioris aetatis scriptores nonnunquam haec nomina inter se commutasse constat. cf. Welck. Tragg. Gr. p. 1280. Ritter. ad Aristot. Poet. p. 242.

**) Qua de re quum multi alii disputaverunt, tum egit Hermannus de dram. comico satyr. Opusc. I p. 48 sqq. et ad Rhet. Aristot. III, 12. et imprimis Meinekius Hist. crit. multis locis, quos indicavit Welckerus Tragg. Gr. III p. 943. Not. 10, quibus addi possunt p. 430. 503. 525. sqq. 540. cf. Welckerum ipsum l. c. p. 1013. 1052. 1061. all.

***) Scite illum locum explicit Roetscherus Aristophanes u. s. Zeitalter p. 363 sq.; cf. Ed. Mueller. Gesch. d. Theor. d. Kunst. I p. 232 sq. et C. F. Hermann. Gesch. u. System d. Plat. Philos., qui (I p. 437) scribit: Die einfache Lösung (des scheinbaren Widerspruchs des *Sympos.* u. d. Republ. über die Einheitlichkeit oder

Quae quum ita sint et tragicum poetam fuisse Chaeremonem testes perhibeant et antiquiores et graviores, satis probabilis est conjectura, illam de qua modo diximus legem neque ab Chaeremone migratam esse, sed eum quoque in uno eodemque tragicae poesis genere se coercuisse, lapsos vero esse male errore illos qui eum comicis ascriberent. Ad quam sententiam confirmandam praesidii multum paratum est etiam in fabularum nominibus fragmentisque ipsis. Quae qui inter se contulerit, non aegre sibi persuadebit, ea fere omnia ad tragediam spectare eiusque artis indicia referre manifestissima.

Attamen nonnihil dubitationis restat de quo dicendum est. Quid enim caussae fuisse statuamus, cur Suidas, in reliquis quae de Chaeremone tradit Athenaeum aperte secutus, poeta dicat comicum quem ille tragicum esse pluribus locis tradiderat? Hermannus quidem (ad Aristot. Poet. I, 12.) Suidam reliquosque adductos fuisse suspicatur eo, quod suaviores quam tristiores poetae fabulae visae essent; idem fere statuit Fribel. p. 79. cf. Meinek. Hist. crit. p. 518. Ritter ad Aristot. Poet. p. 87. Hoffmannus errorem inde natum putat, quod Suidas apud Athenaeum primo loco inciderit in Traumatiam, quod quidem comoediae est argumentum ab Antiphane et Alexide, quantum scimus, tractatum. Sunt autem isti potissimum versus ex Traumatiab ab Athen. XIII p. 562. f. allati de quo loco cap. seq. disputabimus, qui magnam dubitationem iniiciant; ad eos accedunt duo fragmenta Chaeremoni tributa ab Stobaeo Floril. LXXIX, 31.

Eiusmodi versibus locum fuisse in tragœdia non erit qui sibi persuadeat; néque pro satyrico dramate haberι potest illé Traumatias Chaeremoni ascriptus, quum fabulae integer titulus fuerit *Οδυσσεὺς Τραυματίας*. Nisi igitur cum Meinekio statuas, falso illos Traumatiae versus, qui essent Alexidis comicī poetae, ab Athenaeo tributos esse Chaeremoni, habes profecto quo Suidae reliquorumque testimonium dicas quodam modo confirmari.

Neque praetermittendum est, non prorsus deesse quae severam illam legem de qua supra diximus recentiore quidem aetate ab uno altero poetarum migratam esse arguant. Nolumus enim hoc referre, quod iam Aeschylus, Sophocles, Euripides multique alii tragicorum poetarum etiam lyricam poesin attigerunt neque solum elegis et paeanibus, sed etiam dithyrambis scribendis operam navarunt, ut Ion, Hieronymus, Dicaeogenes, quibus teste Athen. IX p. 374. a. etiam comicus accensendus poeta est Anaxandrides, neque quod Sophocles, ut etiam Lasus, de arte sua quaedam commentatus est; quamquam ea quoque res nostrae opinioni quodam modo favet. Nolo commemorare Simonidem et Pindarum, quorum alteri etiam

Verschiedenheit des Komödien- und Tragödiendichters) ist, dass die gemeine Ausübung stets nur einen einzelnen Gegenstand behandeln kann, während das Wissen auch die entgegengesetztesten gleichmässig umfasst. Eadem de re vide que disputaverunt praeter alias A. Guil. Schlegelius Dramaturg. Vorless. I p. 270, Boeckhius de trdg. Gr. pr. p. 216, Bohtzius die Idee des Tragischen p. 50, Welckerus Tragg. Gr. p. 897.

^{*)} cf. frg. dub. IV et V. Neque ad tragicam gravitatem admodum comparati videntur versus quo sexhibemus inter fragm. inc. I et II.

τραγῳδίας, alteri δράματα πραγματεύονται attribuuntur; qua de re cf. Welcker, Tr. Gr. p. 1290 et 1292. Sed novimus homines Graecos, ante Alexandri Magni tempora, in diversissimis litterarum generibus occupatos, ut Hippiam, de quo cf. Plat. Hipp. min. p. 368. C., Critiam, qui utraque excelluit oratione variaque opera condidit, Polyidum sophistam, si quidem eius Iphigeniam citat Aristoteles idem est qui clarissimis dithyramborum scriptoribus adnumeratur (qua de re cf. Welcker, Tr. Gr. p. 1043. Ulrici, Gesch. d. hellen. Dichtkunst. II. p. 610.), Ionem, quem licet duplex patria quodam modo excusat, inter poetas primum censemus qui artos illos limites aperte transgressus sit. Etiam Cleophon tragicus scripsit teste Aristotele (de Soph. El. 15, 5) Mandrobolum, quod poemā qualecunque fuit ad tragicam certe artem non referendum est; sic Nicochares poeta comicus composuit, Αγλιάδα quod carmen fabulis eius accensendum esse negat Meinekius Hist. crit. p. 256; neque Dicaeogenis tragici Cypria, quae Aristoteles (Poet. XVI.) citat, tragoēdiam fuisse valde probabile est. cf. Ritter, ad l. c. p. 199. Sed haec quidem incerta sane sunt minimeque indubia.

Sophistas autem et rhetores, quorum doctrina artesque, et omnia litterarum genera, ita inde ab Euripide etiam tragoēdiam occupassent, tandem ipsos ad tragicam artem factitandam se contulisse, ut Astydamantem, Aphareum, Theodectem, alios, nemini mirum videri potest. Sed nobis hoc quidem loco quaerendum est de tragoēdia tantum atque comoedia. Quemadmodum autem dithyrambus ille recentior sive Atticus, diversa lyricae poesis genera in se complexus, paullatim sese ad dramatis quandam speciem conformarat, ut in Philoxeni Cyclope agebatur res iustaeque partes erant inter diversas personas distributae, qua de causa ab aliis drama diceretur et poeta referretur inter τραγῳδίασσάλους: sic etiam tragoēdia, antea strenue ab comoediae finibus separata, postero tempore magis a pristina severitate ad huius quandam levitatem deflexit et hilaritatem: ad quam rem quasi viam patefecit ipsum illud genus ex quo orta tragoēdia est, drama dico satyricum, quod forma quidem et specie diversum, re vera magnam cum comoedia cognationem habet. Eo autem nomine iam ab veteribus notatas esse Euripidis Alcestin et Orestem fabulas constat, et Alcestin quidem a poeta in locum satyrici dramatis suffectam esse certo testimonio scimus^{*)}. Euripides enim quum ad communis possimum vitae rationem tragoēdias suas conformaret hominesque effingeret quales essent, non quales deberent esse: fieri non potuit quin idem cum in aliis rebus tum vero in tota compositione ab cothurni gravitate delaberetur et ad comoediae indolem nonnunquam proprius accederet. Aliae quoque eius fabulae, ut Helena, Electra, demonstrant quantopere poeta, spectatorum auribus ac studijs indulgens, omnia direxerit ad hilarem laetumque exitum atque ditta opera ad insperatam rerum conversionem composuerit. Eiusmodi autem fabulae exitum etsi nos non censemus ab natura tragoēdie prorsus abhorre, tamen valde probamus quod statuit Aristoteles (Poet. XIII.), eam voluptatem non tragoēdiae, sed potius comoediae esse propriam. Et Helenam certe fabulam non ita longo intervallo distare ab Menandri comoedia facile appareat^{**)}. Ut autem Euripides saepè invitus ad comoediā delabatur quum satis ridi-

^{*)} De Alcestide vide queam in rem acute disputavit Glanius de Eurip. Alcest. p. 52 sqq. cf. Welcker, Gr. Tragg. II. p. 635. et Firnhuberus: Ueber das Komische in der Tragoēdie (Zeitschr. f. AW. 1840, p. 164 sqq.).

^{**) Notum est A. Guil. Schlegelii de ea indicium, de quo cf. Pflugk. praef. ad hanc fab. p. 10, qui Euripidem}

cula fingeat, ita ne hoc quidem tragœdiae dignitati accommodatum est quod saepe de se ipse spectatores aperte commonet (cf. Polluc. IV, 16. 111 sq.). Quid, quod orationes eius tragœdiis insertae ipsae nonnunquam quandam parodiae lusum praebent, ut in Oreste, Hippolyto aliisque fabulis cerni licet, neque idem dubitavit vel adeo certos notare homines qui etiam in republica versarentur, ut Cleophontem (cf. Schol. ad Or. v. 891). Neque postero tempore tragicos poetas ab celebrium hominum irrisione abstinuisse scimus^{*)}. Quae alia in hac caussa possunt afferri, veluti quod ab traditis fabulis ad facta argumenta Agathonis aliorumque recessit tragœdia, ea licet non minus gravia hoc loco sciens praetermitto. Sunt autem haec omnia documento, artos illos limites qui primitus inter distincta poesis genera intercederent, iam inde ab Euripide etiam in tragœdia ita relaxatos fuisse atque deinceps fere sublatos, ut ipsis tragicis poetis facilis quidam ad comoediam aditus pateret^{**)}.

Neque de omnibus omnino poetis qui iidem et tragœdias et comoedias scripsisse feruntur liquido patet, num id grammaticorum tantum incuriae atque errori tribuendum sit; neque omnem dubitationem exemit Meinekius, quamquam de plerisque rem confecit. Quid, quod ipse vir clarissimus sequentibus quidem temporibus legem illam passim migratam esse concedit exemplum afferens Philostrati Lemnii et Nicolai Damasceni (Hist. crit. p. 503), quibus alia adiungi possunt: cf. Welcker. p. 1268 sq. p. 1323. Quamquam apud eos sane temporis habenda est ratio. Sed vel de Ione quem etiam comoedias scripsisse tradit Schol. ad Aristoph. Pac. v. 830, eiusmodi dubitationem iniici posse contra Nieberdingum demonstravit Welckerus p. 943 sq.; eadem suspicio cadit in Philoclem, de quo quæ disputavit Meinekius p. 521 sq., ipse non diffitetur omnia admodum dubia esse, atque etiam in Timoclem, comicum quidem poetam, quem eundem tragœdiae scriptorem perhibet Athenaeus (IX p. 407. b); de alio enim Timocle, tragœpoeta, quem a comico distingui verbis: ἡν δε και τραγῳδιας, censet Meinekius (p. 430), nemo veterum prodidit. Qua de caussa etiam Bernhardyus (Synt. Gr. p. 14) Timoclem primum ex comicis fuisse dixit qui simul tragicus fuisse. Calliae, qui poeta antiquæ ascribendus comoediae est, τραγῳδιας νεσοι αι hoc loco in quaestionem vocari possit, quum quod eius operis consilium fuerit non satis constet; certe aliquam

Helena novum illud genui inchoasse statuit inter tragœdiam comoediampre interiectam. Neque Firnhaberus, acer ille Euripideae artis defensor, potest quin concedat (Zeitschr. f. AW. 1839. p. 13 sq.) hanc fabulam, si quam aliam, comoediae indoli ex parte quidem esse propiorem eique insertas scaenæ a prisca tragœdiae dignitate prorsus alienas. Qua de caussa eidem probabile videtur; Helenam quoque, ut Alcestin, quartum in tetralogia locum obtinuisse; de aliis Euripidis fabulis eandem suspicionem movit Welckerus Tragg. Gr. II p. 751. 767. De Oreste cf. eund. Welcker. I. c. p. 532; etiam p. 477. 580.

^{*)} Sic Dionysius in drame derisit Platonem philosophum. cf. Tzetz. Chil. V, 182. Meinek. Hist. crit. p. 525. p. 438.

^{**) In sermonibus sententisque declarandis quantopere Euripides consentiat cum Menandro, qui illum praecepit admirabatur et imitabatur studiosissime, inter omnes constat et demonstravit Meinekius Frg. com. gr. IV p. 706 sqq. Quam multa autem contulerit ad immutandam priscam tragœdie indolem, praeter alias egregie exposuit Gruppius Ariadn. p. 747. p. 756 sq. idemque iure verum tragœdie finem atque exitum esse statuit ipsam Menandi comoediam. cf. O. Mueller Lit. Gr. II p. 280 sq. Etiam Bernhardyus Synt. Gr. p. 14. N. 29 in universum de recentioris tragœdie poetis scribit: Von ihnen war der Übergang zur Verbindung der Tragödie mit der Komik unmittelbar gegeben.}

quidem operam, etsi forte ludicram, eum illo poemate tragoeiae navasse credibile est. Quae quum ita sint, comprobes et fortasse in alios quoque poetas valere dicas quod de Sositheo disputans contra Meinekium monuit Welckerus (p. 1253 N. 29): *Doch kann die richtigste Bemerkung und Unterscheidung auch zu sehr auf die Spitze getrieben werden.* Haec autem disputavimus, non ut illius legis fidem impugnaremus, Platonis nimurum totiusque antiquitatis auctoritate confirmatam; quae enim repugnare ei aperte videantur, ea nos non fugit per pauca esse minimeque indubia; sed ut ostenderemus, dubitari quidem posse num etiam recentiori illa de qua quaerimus aetate lex ista adeo valuerit, ut ad unum omnes complexa poetas nullam unquam admiserit exceptionem, neque fieri ullo modo potuerit, ut tragicus Graecorum poeta antiquum morem, ipsa litterarum totiusque temporis condicione iam fere solutum, transgressus in comicae poesis quasi provinciam deferretur. Quam late autem tragoeiae nomen eo tempore patuerit, ostendit Theodectis fabula Mausolus inscripta, de qua monuit Lobeck. Aglaopham. p. 977, ab Welckero citatus Tragg. Gr. III p. 1081. cf. 1289. 1291. Sed ut iam revertatur unde digressa oratio est, de Chaeremoni si quis eiusmodi suspicionem animo conceperit, habet profecto quo eam ut non prorsus improbabilem tueatur. Quamquam de hoc poeta nosmetipsi non ita statuendum existimamus, ut propter suspectos illos Traumatiae versus comicis accenseatur poetis; neque Suidae reliquorumque testium tanta est in hac re auctoritas, ut eos in fraudem delapsos praefracte negemus.

At quis miretur, si Chaeremo in eadem via, quam in Alcestide, Helena aliisque fabulis ingressus esset Euripides, paullo longius processerit. Nam dramata eius omnis hilaritatis et festivitatis plena fuisse etiam nunc fragmenta luculenter demonstrant atque etiam fabularum tituli quidam, ut Achilles Thersitoctonus, Dionysus, Io arguunt, ita ut omnino poeta ad graves illos quos tragoeiae requirit affectus excitandos minime propensus aut ingenio suo ductus fuisse videatur. Singulae quoque quae asservatae sunt sententiae partim eum colorem habent, ut Menandri aut Philemonis simillimae sint et cum comicorum poetarum dictis facile commutentur (cf. frg. inc. VII. XIII. XIX. XX. XXI. cf. I. II.), quamquam idem in Euripedem cadit*. Sed vel adeo in artificioso dicendi genere quod secutus Chaeremo est, etsi diversissimo illo ab comoediae simplicitate et ad vulgaris sermonis solutaque orationis virtutes magis composito, aliquid est in quo poetam cum affectare videoes tragoeiae dignitatem et gravitatem, ipsum ultra deferri dicas ad tragicae artis quandam parodiae lusum, quo comici poetae tragicorum inepta orationis artifia riderent. Accedit autem, id quod longe gravissimum videtur, quod idem Chaeremo scripsit Centaurum, quo in opere diversa numerorum et poesis genera confusa fuisse Aristoteles et Athenaeus aperte testantur; qua de re cap. VII et ad Centauri fragmenta exponemus.

Etiamsi igitur veras Chaeremonem comoedias composuisse non admodum probabile sit neque poeta eo pacto in comicorum poetarum numero sit habendus, tamen eius dramata ita

* Menandrum, ut multa ille, ex Euripide mutuat, est, ita etiam ex Chaeremonis fabulis quedam desumpsisse conicias ex Achill. fab. frg. II. Eiusdem fabulae unum versum (frg. I) in usum suum convertit Nicostratus comicus. In Menandi sententiis monostichis ex Chaeremonis fragmentis exhibentur frg. inc. X et XIV, cf. frg. dub. IV. VI. Quamquam cum illa sylloge e diversis poetis consarcinata sit, horum rationem minus certam esse facile concedimus Meinekio Frg. com. Gr. IV p. 708; neque mirum est eiusmodi sententias vulgares apud plures poetas reperiendi easdem aut pluribus attribui.

videntur fuisse comparata, ut nomine quidem tragoeiae essent, re autem vera ad comoediae indolem proprius accederent. Fuit igitur poeta et nomine et arte qualis tunc quidem erat tragicus, sed qui indolem rationemque fabularum spectanti facile comicus videri posset.

CAPVT SEXTVM.

DISPVATATVR DE NVMERORVM RATIONE.

Versuum numeros quales fecerit Chaeremo tum ex fragmentis licet coniicere tum Aristoteles Athenaeique quoddam ea de re testimonium superest. Inde autem quum potissimum pendeat illa quaestio quo iure Chaeremo comicus vocetur poeta, de metris paulo accuratius commentandum est.

Poeta quamquam multo post Ol. LXXXIX et XC vixit⁴), numeros tamen, quantum quidem colligi ex fragmentis potest, omnino fecit elegantes et ad tragicam gravitatem satis compositos. Qua de re minime audiendus est Gruppius (Ariadn. p. 565) neque Hoffmannus (l. c. p. 365), quos secutum esse Welckerum (p. 1084) miror. Nempe ex locis aperte corruptis argumentum peti non potest quo poetam negligentiae aut levitatis arguamus. Exemplo imprimis est fragmentum ex Oeneo fabula servatum, cuius in XVII versibus nihil fere deprehendas quo metricam rationem ab tragico neglectam dicas. Reperiuntur in eo perrarae solutiones (tres tantum dactyli, quattuor tribach., anapaesti nulli), contra saepissime admissi spondei (in prima sede X, in tercia VIII, in quinta, sed sine caesura, II), nusquam vero in parise; v. 10 puris iambis constat. Eandem metrorum rationem vides etiam in reliquis fragmentis observatam fere omnibus:

1. Spondeus in iis admissus prima et tercia sede saepissime, etiam quinta, sed non nisi illa censurae lege de qua admonuit Porsonus strenue observata.

2. Tribrachorum usus contra rarissimus, ita ut vel ea in re poeta magis prioris aetatis tragicos secutus esse videatur; in quinto pede nusquam reperitur.

3. Idem valet in dactylum, quem fragmenta nusquam in quinto pede exhibent, sed tantum in tertio atque primo.

4. Etiam anapaestis usus poeta est perraro neque iis nisi in prima sede et uno eodemque vocabulo (Alphes. v. 4; Dionys. frg. II et III; Io. Centaur. II v. 1).

Praetermisimus autem in his locos aperte corruptos, ad quos referendi sunt Alphesib. v. 1 et 2; frg. inc. XV v. 3, XXIII, et leni coniectura sanatos, ut Oen. v. 1 et v. 15.

Sed tamen restant versus nonnulli Chaeremoni ascripti, in quibus metricam tragoeiae rationem aperte videoes neglectam. Qui quum perpauci sint, facilis est suspicio, poetam cuius

⁴ De mutatione et tempore in re tragica facta constat primum monuisse Hermannum, cf. eius Opusc. I p. 135; reliquos locos colligit Zirndorferus de chronol. fabularum. Eurip. p. 3. N. 4, attulit etiam Welckerus Tragg. Gr. p. 916. cf. Bernhard. Synt. Graec. p. 13. N. 28.

tanta in re metrica cernatur diligentia omnino non ita lapsum esse, ut quaedam ad comoedie similitudinem effinxerit, nisi comoediis scribendis ipse operam navarit. Quare videntur quo isti versus iure Chaeremoni attribuantur.

Tractavit eos Meinekius, de Chaeremone disserens ex comicorum poetarum numero eximendo Hist. crit. p. 518 sqq.; quae autem V. Cl. olim scriperat de numerorum negligentia et anapaestorum usu qui a tragediae lege abhorrens in huius poetae carminibus deprehenderetur, ea iam ita restrinxit, ut statuat, quidquid fragmentorum de poetae carminibus apud veteres scriptores servatum sit, eorum prope nullum esse quin poeticae dictionis luminibus et numerorum elegantia egregie commendetur. Sed iam explicate de singulis, in quibus, ut idem ait Meinekius, earum virtutum nullum plane vestigium.

1. Spondei usus in quinto pede quem praebet versus (Frag. inc. XIX v. 2):

οὐδέτες δὲ παρὰ μὴ θελούσης τῆς τέχνης *εἰβασθίαν πιπόντες*
habet quidem quo offendat, sed neque ab reliquis poetis tragicis prorsus alienus est²⁾.

2. Quem locum servavit Athenaeus II p. 35. d, ex eo Grotius (Excerpt. p. 849) trimetrum refinxit hunc:

μητερός νομίμων γέλωντα χρωμένους συγέλαν, εὖμαθίαν, εἰβασθίαν πιπόντες
sc. παρασκενάτην τὸν οἶνον. Sed in hoc versu quae deprehenditur numerorum negligentia, eam appareret imputandum esse non Chaeremoni, sed Grotio ipsi. Nam, ut iam Meinekius monuit, non verba, sed sententiam poetae Athenaeus reddidit.

3. Versum quem affert Stobaeus Flor. LXXIX, 31 (Frg. dub. V): *εἰρηνήσασθαι τοῖς βεβαιωτάτην ἡγε τὴν φιλίαν πλός τοῖς γονεῖς,* *πιπόντες τοῖς εἰδίκοις* nemo facile sibi persuadebit ex tragedia esse depromptum. Quamvis enim spondeus quinti pedis quandam habeat excusationem, at vero tres illi anapaesti ferri in tragedia nullo pacto possunt. Quare Meinekius eum versum non Chaeremonis, sed Philemonis esse suspicatur comicis cuius nomén passim cum Chaeremone mutetur. Eius quidem poetae fragmentum praeedit. Res valde probabilis est, licet in reliquis Chaeremonis fragmentis a Stobaeo servatis exemplum adsit quod suo loco nomén poetae additum esse probet (Ecl. I, 9. 4. cf. I, 9. 32). Facile igitur accedemus Meinekio, si quidem reliqua probabilius possunt expediri.

4. Superest enim locus qui multo maiorem dubitationem moveat ab Athenaeo XIII p. 562. f. ex Traumata fabula petitus et Chaeremoni distincte ascriptus. Athenaeus enim ubi ex *Alexidis* Phaedro, tum ex *Eubuli* aut *Ararotis* Campylione, denique iterum ex *Alexidis* Apocoptomeno versus nonnullos attulit, quibus de Amoris natura exponitur deque falsa pictorum ratione qua eum alatum singant, scribit: *Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Ἐσοπικῷ Χαιρόμονά* φησι τὸν τραγικὸν λέγειν ὃς τὸν οἶνον τὸν χρωμένον τοῖς πρόστις κεράννυθαι, οὔτις καὶ τὸν Ἐφεσανὸν μετριάσων μέν ἐστιν εἰκασίς, ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράσσων χαλεπότατος. διόπερ δὲ πότε τὴς οὐδέ τοις οὐ κακῶς αὐτοῦ τὰς δινάμεις διαιροῦνται.

²⁾ cf. Porson. Suppl. ad praef. Hec. p. XXXII et XXXVI et ad v. 343. Exempla suppeditavit praeter alios Leutschus Grundriss zu Vorlesungen über griech. Metrik p. 63 et p. 68. D. b., quibus alii adiungi facile possunt ex Ionis, Agathontis, Astydamantis (Stob. Floril. LXXXVI, 3 v. 4), Theodectis (Stob. Floril. XXXII, 6 v. 2; LXVIII, 26 v. 1.) fragmentis. Neque praetermittenda videuntur quae eadem de re disputavit Freesius Griech.-römische Metrik. p. 186.

τέσσα αὐτὸν ἐπείνεσθαι γεζέτων, τὸ μὲν ἐπ' εὐαίσιν τίχη, τὸ δὲ ἐπὶ συγχέσει βιοτάς. δοδ
αὐτὸς οὗτος ποιητὴς καὶ περὶ τῶν ἔργωντων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τραumatīc φρονίν οὔτως
τις οὐχὶ φύσει τοὺς ἔργωντας έγν μόνον; εἰ δέ τις πρῶτον μὲν στρατευτικῶντος
εἶναι, ποτεῖν τε διναμένους τοῖς σώμασιν
μάλιστα, προσθετεῖν τε ἀριστόντων τῷ πόσθῳ, ηδη λίθινος μεθ
ποιητικός, λιαμός, προθήμος, εἰπόνος
ἐν τοῖς ἀπόδοις βλέποντας, ἀθλιτάτοντος*).
Sequuntur aliae Theophili aliorumque comicorum de amantibus sententiae. In versibus autem
quos ascripsimus postremis iure ac merito notavit Meinekius usum anapaestorum; neque spon-
dei in vss. 1, 3, 4, 5 habent quo satis excusentur. Quapropter quin versibus illis locus non
fuerit nisi in comoedia nullo modo potest dubitari. Conferas modo, ut graviora omittam, vel
primum cum Theophili versu qui apud Athenaeum proximus est:
τις φρονί τοὺς ἔργωντας οὐχὶ τοῦν ἔχειν;
Attamen, ut Athenaei ille locus comparatus est, verbis δὲ ποιητῆς οὗτος et δὲ αὐτὸς οὗτος
ποιητῆς nemo negabit significari distinēte eundem poetam, quem Atheneaus modo citarat ex
Theophrasto, ita ut Chaeremoni illos quoque Traumatiae versus attribui liquido pateat. Prior
autem sententia quam ex Chaeremone attulerat Theophrastus (δὲ τὸν οἶνον — τὸν Ἐρατα) dubium non est quin revera Chaeremonis sit, quin eandem iisdemque verbis citent et Aristoteles et Plutarchus, cf. frg. inc. II. Quae proxime sequuntur verba (δὲ μεταύσον — χαλεπό-
τατος) videntur esse Theophrasti, quibus philosophus comparationem yni et Amoris ab Chaeremone institutam vel explicaret vel expliqueret. Itaque in eam certe totius eclogae partem nulla
prorsus cadit erroris suspicio. Altera vero sententia, verbis δὲ ποιητῆς οὗτος ad Chaeremonem
relata (δίδυμα — βιοτάς), reperitur in Aulid. Iphigenia Euripidis**). Eos quóque versus
Athenaeum hausisse ex Theophrasto, cuius quidem in libro locus eis erat peropportunitus, pro
certo equidem non affirmayerim, tamen valde probable est, præsertim quum fabulae titulus
adiectus non sit neque alibi Atheneaus Aulid. Euripidis Iphigeniam citet. Quamquam verba
δίδυμα — διαμῶν ipsius esse Athenaei suadet additum illud οὐ κακός. Nisi igitur statuas
Chaerémōnem versus illos ab Euripide esse mutuatum aut verbis δὲ ποιητῆς οὗτος ipsum ab
Atheneao significari Euripidem, hoc loco hábes quo doctissimum deipnosophistarum scripto-
rem erroris arguas***). Ad Euripidem quidem illis verbis respxisse Athenaeum non valde

* v. 2. et δει pro ἔδει iam olim scriptis Meinckius. v. 5 et v. 6. Iacobius coniecit: εὐ πόρους ἐν τοῖς ἀπό-
γοις βλέποντας et ἀλλικατάτους, Meinckius, editum si servari non possit, mavult εὐδίκιοτάτους; Meierus
Ephemer. Halensis. proponit εὐπόρως, Emperius in Mus. Rhenan. I, 3 p. 461 sq.: εὐπόρους ἐν τοῖς ἀπόροις,
βλέποντας ἐν ἀλλικατάτος, in rebus obscurissimis, in tenebris cernentes. cf. G. Hermann. in Nov. Diar. Ieneus.

1842, N. 124, qui scribendum censet πορνογράφος.
¶ 550 sqq. ed. Herm. 1885.

probabile est, sed scaenicos poetas, imprimis comicos, non raro aliorum dicta integrosque versus in suas transtulisse fabulas constat; de comicis rem exemplis probavit Meinekius (Hist. crit. p. 358. cf. Frag. Com. Gr. IV p. 706 sqq. Bergk. de reliq. com. Att. p. 420 sq.), de tragicis quaedam quea ad nostram rem faciunt attulit Boeckhius (de Tr. Gr. Princ. cap. XX. cf. Firnhaber Verdächtigungen Eurip. Verse p. 13 et 15 sqq.); ab Achaeo versum recepisse Euripidem tradit Athen. VI, 270 c; Carcinum et Theodectem Euripidis non unum versum in suum usum convertisse etiamnunc fragmenta docent; Moschionis nomen habent sex versus qui iidem ascribuntur Euripi, cf. Stob. Serm. CXXIII, 3; ipsius Chaeremonis versum, quem Suidas ex eius Achille affert, Athenaeus hausit ex Aristarcho; quamquam in iis locis nomina scriptorum confusa esse probabilius est. Neque tamen desunt quae etiam Chaeremonem ad Euripidis quandam imitationem se composuisse suadeant, ita ut poeta etiam integros quosdam versiculos ab eo desumpsisse videri possit. Quum autem ex cantico illi versus sint petiti, non improbabilis est conjectura Ed. Muelleri, qui ad Aristotelis sententiam (Poet. XVIII, 22) de Agathonis aliorumque exodiis provocans arbitratur fieri potuisse, ut Chaeremo eodem modo carmen ab Euripide mutuatus suis insereret tragoedius. Ad erroris autem suspicionem removendam valet etiam, quod Athenaeus, omnino auctor longe gravissimus et in citandis nominibus si quis alias accuratus, hoc quoque loco et fontem indicat ex quo hauserit librum Theophrasti (cf. XIII p. 567. b; p. 606. c. al.) et Traumatiam fabulam ipso nomine consignat, ut idem fecit Chaeremonem citans locis omnibus, excepto tantum epitomes loco II p. 35. d; fabulam autem eius nominis vel Ὀδυσσέα Τραύματα scripsisse Chaeremonem comprobatur Aristotelis et Athenaei ipsius testimonio.

Attulimus quae ad explicandam hanc difficultatem aliquid utilitatis habere viderentur. Possunt igitur versus illi Euripidis in Chaeremonis quadam tragoedia locum habuisse, sed quum res demonstrari probabiliter nequeat, non diffidendum est, altera quidem illa eclogae parte adaugeri etiam illam quam proximi versus e Traumati allati moveant dubitationem, num iure Chaeremoni attributi sint. Nam etiam Athenaeum nonnunquam labi cum excerptorum suorum sequatur fidem neque ad fontes ipsos adeat, exemplis docuerunt iam Casaubonus ad Athen. V. c. 15. c. 20. alib. Ionsius de script. hist. philos. II c. 16 p. 202 multique alii viri docti. Eiusmodi autem errore etiam eum de quo quaerimus locum affectum esse Meinekius Hist. crit. p. 520 sq. ita demonstravit, vix ut dubes quin is verum viderit. Coniecit enim V. Cl., Athenaeum Theophrasti locum, in quo Chaeremonis et Euripidis versus loco, si forte distincti cilarentur, negligenter exscriptis totamque illam Theophrasti eclogam reliquis iam perscriptis postliminii loco adiecisse. Quam suspicionem auget etiam quod fabularum nomina illis versibus non addita sunt, neque omissendum videtur, in Theophrasti verbis aff-

ruptelam subesse aut memoria lapsum Athenaeum, ut *Marklandus*, *Brunckius*, *Meinekius*, *Welckerus* (Tragg. Gr. III p. 1092), *Ritterus* (ad Aristot. Poet. p. 88); alii, mutuatum esse Chaeremonem illos versus ab Euripide, ut *Schweighaeuserus*, *Hoffmannus*, *Ed. Muellerus*, aut minorem Euripidem ab Chaeremoni, ut *Boeckhius*; alii, Euripidem ipsum significari verbis ὁ ποιητὴς ὄντος, ut *G. Hermannus*, *Ludwigius*, *Hartungus*, qui deleri iubet ὄντος, *Firnhaberus*, qui pro vocula ὄντος coniecit ὄντως. Integritatem loci defendere solus conatus est *Gruppius*, qui hoc Athenaei testimonio ductus Iphig. Aul. fabulam assignandam ceusuit Chaeremoni, cf. quae nosmetipsi contra disputavimus de Euripide Iphig. Aul. auctore querentes p. 26 sqq.

rendis Athenaeum saepius errasse. Ita igitur, pergit Meinekius, *verbis*, δ' ὁ ἄντος οὐρανὸς ποιῆσις Alexis significatur, cuius ex Apocoptomeno fragmentum proxime ante Theophrasti locum praecedit. Eius autem *Tqavmaritac* laudatur ab Stobaeo Floril. 119, 15^o). Ad quam coniecturam commendandam V. Cl. addit etiam hoc, nequaquam probabile videri, *Athenaeum Chaeremonis fabulam*, quae^o Οδυσσεὺς *Tqavmaritac* inscripta esset, omissa potiore indicis parte *Tqavmaritac* appellasse. Maioris certe momenti est, quod comicorum sententiae hunc Athenaei locum et praecedunt et sequuntur et quod totus locus mirifice perturbatus videatur. Non habemus igitur quo etiam nunc Chaeremo illos versus vindicemus ad comicorum numerorum facilitatem compositos, quamvis Alexidis Traumatiam solus et uno quidem loco citet Stobaeus, neque poetam qui scriperit poema ex omnium metrorum generibus compositum, ut fecit Chaeremo in Centauro, prorsus incredibile sit, a tragedia etiam ad comoediam animum et studium distractisse.

CAPVT SEPTIMVM.

DE POESI ET ARTE EXPOSITVR.

De poetae arte ut perspiciamus quae qualisque fuerit, iam quaedam ex ipsis fragmentis adumbranda sunt adhibitis in eam rem Aristotelis et Athenaei testimonii.

Ac primo quidem loco notandum est insigne studium quod Chaeremo posuit in describendo. Servavit enim Athenaeus praestantissima duo fragmenta, in quibus omnes corporis veneres formarumque muliebrium lenocinia summa cum arte depinguntur**).

In *Oeneo* enim fabula virginum, quas chorea finita somno oppressas conspexit Oeneus, una lunae luci candidas ostendit papillulas soluta veste denudatas; alias virginis chorea laevum nudarat latus, stellis fulgentibus detectum, cuius lacteum candorem circumfusae noctis umbrae adaugent; alia retegit brachia manusque formosas, alia tenerum collum, alia denique femur disrupto tenuis interulae sinu spectanti prodit. Eadem arte altero fragmento ex *Alphesiboea* fabula de prompto virginis describitur niveus nitensque color, leni rubore in genas suffuso suavissime temperatus, cerinaeque comae quae crispatae luxuriantur ventis molliter agitatae. Neque minus florum suavitatem versicolorum poeta sectatus est, ut idem testatur Athenaeus eum ἐπιτελεόφορον dicens ραι ἐπὶ τὰ ἔργη: cuius rei itidem insignia quaedam exempla subiunguntur. Recubuerunt enim virgines illae obdormientes mollibus floridisque pratibus, in quibus nigrae violae crocique flores intermixti vario nitent purpureoque colore et amaracus florentia colla protendit. Etiam in *Thyeste* fabula rosae nitidae candidis admiscentur liliis et in *Minyis* vites

^o) Alexidi tribuisse istam fabulam et subiectam ex illa eclogam Gallicum quoque Athenaei interpretem monet Schweighaeuserus ad Athen. l. c.

**) In iis quae sequuntur partim Grotii elegantissimam interpretationem amplexi sumus.

depinguntur summis uvis nigrescentes. Flosculos suos quantopere adamari poeta, etiam reliqua fragmenta luculenter produnt. Sic floridae rosae celebrantur veris alumni pulcerrimi et hedera chororum amica annique proles; flores modo vocantur floridi veris pratorumque filii, modo temporum corpora multisque adornantur nominibus; coronas fausti esse omnis poeta praedicat et praecones et nuncias laudatque coronarum tortilium ex hedera et narciso triples circum circa gyros; palmar denique notat fumosissimam, atque etiam aenigma, quod sub Chaeremonis nomine fertur, de vite est quae veris dicitur sponsa aestatisque filia.

Ex iis, quae modo de fragmentis attulimus, appareat singularem quandam Chaeremoni artem fuisse ac prorsus peculiarem, qua ab reliquis quos novimus poetis tragicis facile dignoscatur omnibus. Quae quantum valeant ad dilucidam poetae imaginem animo informandam primus exposuit egregie Ed. Muellerus l. c. p. 188 sqq.

Describendi enim illa virtus et insignis ratio eiusmodi est, ut consistat fere prorsus in pulcri genere eo quod ipsius naturae est et ab ea effectum; cuius quidem pulcritudinis vivam profecto verissimamque Chaeremo imaginem illis eclogis expressit, ita ut eo quidem nomine summas sibi laudes vindicet*). Neque depingit poeta quae in motu sunt et agitatione eaque ipsa pulcri sensum excitant, sed virgines quae se dederunt quieti floresque omnino sensu motuque carentes. Nec quod sublime est atque excelsum, quod gravitate sua animos corripiat et quasi percellat (qua quidem in re tragoeiae praecipua virtus cernitur) poeta ante oculos ponit, sed quae grata sunt atque amöena, quae voluptatis illecebris titillent sensus quaeque pulra forma varioque colore suaviter animum afficiant. Ad pulcri vero genus effingendum quod in gratia potissimum versatur et suavitatem quum tragoeidia quapte natura minus comparata sit et accomodata, tum vero a mulierum venustate in fabulis depingenda principes quidem illi tragicorum poetarum fere prorsus abstinuerunt**). Qua de causa quam Chaeremo, cupide quasi et cum voluptate quadam exhibuit virginum picturam, eam, licet per se quidem pulcerimam, non mireris si quis dixerit in tragoeidia habere quo facile offendat. Ad quam rem animum advertit Welckerus p. 1089. Neque omittendum est pulcri illud genus, quod in formae gratia potissimum consistat et suavitatem, excoli demum solere recentissima quaque aetate et labentis plerumque artis certa referre indicia.

Naturae autem, ut hoc utar, pulcritudinem rebusque ipsis innatam qui effingat poeta, is fieri non potest quin quae describat non tam verbis exprimat, quam vivis quasi coloribus ac penicillo imitari studeat et ad iustae picturae speciem conformet, lumine et umbris distincta colorumque varietate exornata***). Qua in re Chaeremo tanta cura ac studio versatus est, ut

*) Sensit hoc W. Jones (Poes. Asiat. Comment. p. 336) qui Chaeremonem tragicorum longe venustissimum dixit; cf. Hermann, ad Eurip. Hecub. p. 128, Meinek. Hist. crit. p. 520.

**) Ad hoc describendi genus nonnunquam propins accessisse Euripi docent imprimis Hecub. v. 558—570.

cf. Grupp. Ariadn. p. 373, et Hee. v. 923 sqq. Med. v. 1156 sqq.

***) cf. Ed. Mueller. l. c. p. 189: *Chaeremon ist Maler, insofern er der eigenthümlichen Mittel dieser Kunst, des Lichtes nebst dem Schatten und der Farben, sich um Effecte hervorbringen bedient, et quae sequuntur. Neque possumus quin hoc loco adiungamus quae eam in rem adposito disputavit Rosenkranzius Krit. Erläuterung. des Hegel. Syst. p. 195: Das Mälzerische dringt, nachdem die Kunst zu irgend einer Zeit, bei irgend welchem Volk die Classicität erreicht hat, in die Sculptur nicht bloß, auch in die Musik und Poesie ein, idemque, in comparationem allato. Herculis exemplo qualem furentem Euripides efflixerit et qualem*

eum paene simulacra in illa Oenei fabulae ecloga effinxisse statuas et facile accedas Welckero, qui illam virginum descriptionem cum vasorum picturis conferri iubet. Quid, quod ipse poeta virginem unam dicit *αὐθέντος θεάμασι ζέσσαν γραφήν φάνειν* et alterius *ζόμας πηρογράπτας* prae-dicat ὡς ἀγάλματος?

Accuratam autem illam in describendo diligentiam subtilemque curam, qua Chaeremonem singula quaeque ac fere minuta persecutum esse Athenaei testimonium pariter ac fragmenta probant, notavit hand dubie etiam Aristoteles quin eum ἀξιόβιη diceret, ὥσπερ λογογέαρον, referretque inter τοὺς ἀναγνωστικούς. Sed verba integra afferenda sunt propter ea quae inde de Chaeremonis arte consecataria esse secum statuit Welckerus p. 1082 sqq. Aristoteles enim Rhet. III, 12. 2 de diverso orationum genere disserens scribit: ἐστι δὲ λέξις γραφιὴ μὲν ἡ ἀποικιστικὴ ἀγόνιστικὴ δὲ ἡ ἀποκριτικὴ ταύτης δὲ δύο εἰδη· ἡ μὲν γὰρ ἡθικὴ, ἡ δὲ παθητικὴ. Διὸ καὶ οἱ ἀπόκριται τὰ τουτὰ τῶν διαιράτων διώσονται, καὶ οἱ ποιῆται τοὺς τουτούς. βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοί, οἷον Χαερέμων ἀξιόβιης γὰρ, ὥσπερ λογογέαρος, καὶ Λινίνιος τῶν διθυραμβοποιῶν. Ex his verbis patet, ἀξιόβιη illud, quod in Chaeremonem cadere dicat Aristoteles et quo utantur imprimis ii qui orationes scribant legentibus, hoc loco causam afferri cur poeta probetur et referatur inter τοὺς ἀναγνωστικούς, nimirum eos quorum scripta ad legendum praecepit sint accommodata et comparata, ut λέξις γραφικαὶ ad eum ipsum finem conscriptae. Tῷ ἀξιόβιῃ enim opponitur τὸ ἀποκριτικόν, quod alterius dicendi generi, λέξει ἀγόνιστικῇ, proprium est quodque histriones sectari solent et poetae. Quodsi contra solitum morem Chaeremonem eadem excelluerit virtute (si quidem haec in tragico poeta virtus dicenda est), quam potissimum sequuntur qui ad legendum scribunt, optimo iure cum Hermanno (ad Poet. p. 97) statuas, Aristotelem ita de Chaeremoni, et merito, existimavisse, esse eum ad legendum quam ad scenae usum aptiorem*. Quare valde equidem vereor ut Welckeri a multis probetur interpretatio, qui l. c. τοὺς ἀναγνωστικούς esse censem non: die vorlesbaren, sed: die vorlesenden, die zum Lesen bestimmten oder schreibenden, et Chaeremonem dicit: vorlesbar, vor allen andern Tragikern der Zeit und früheren, weil er darauf sich eingerichtet und eben darum das, was der Schauspieler braucht, ausgeschlossen hatte. Quamquam facile concedimus illud ἀναγνωστικὸν posse referri ad genus quoddam scriptorum, non tantum ingenii quandam indolem significare. Certe ex Aristotelis verbis nemo, opinor, evicerit, Chaeremonem ipsum fabulas suas composuisse ea mente ut legerentur, et

Sophocles, addit. p. 196: Es ist diess nämlich der Uebergang vom schönen Styl zum reizenden, der in verschiedenen Abstufungen bis zur nikanten und kolossalen Uebertreibung einerseits, so wie anderseits bis zur süsslichsten und kleinsten Abschweichung fortgeht. Eo in genere Chaeremonem ad extremos poesis quasi terminos progressum esse nemo negabit. Ex Euripideis fabulis alia afferre exempla quae ad picturae similitudinem accedant vix opus est, cf. tamen Bacch. v. 677 sqq. et 1043 sqq.

* Iam Victorius ad l. c. scribit: ἀναγνωστικούς, ut arbitror, appellat poetas, qui non in scena tantum placabant, quantuu[m] cum domi legerentur et accurate considerarentur. Similiter Vaterus Animadd. et Lectt. ad Arist. Rhett. p. 174: Chaeremonem fuisse poetam ἀναγνωστικὸν, h. e. tam, qui si animo placido legatur, accurate pictura et pulchra rerum minutarum significazione magis detectet, quam si cantu recitetur, testimonium Athenaei confirmat. Bernhardius Litt. Gr. p. 48 Chaeremonem comparat cum rerum scriptoribus qui ex Isocratis disciplina prodierunt et ἀναγνωστικὸν illos interpretatur: Schriftsteller für die Lesewelt, cf. etiam Od. Mueller. Litt. Gr. II p. 189.

ipsius poetae factum esse consilio, non ingenii sui natura artisque indole, ut ad similitudinem accederet illorum, qui quum legentibus scribant et re et consilio ἀναγνωστιοι sunt dicendi. Neque quae ad firmandam suam sententiam V. Cl. attulit a probabilitate quidem multum habere videntur praesidii. Quod enim sribit: *Wenn in der Schreibart des Anagnostikers etwas Unterscheidendes liegt, so muss er nur für das Vorlesen, im Gegensatze (wenn er Dichter ist) der chorischen oder scenischen Aufführung und der Musikbegleitung geschrieben haben, —* quae tandem, obsecro, haec est ratio argumentandi? Neque Aristotelem verbis (Poet. c. VI. fin.): ή γὰρ τῆς τραγῳδίας δύναμις καὶ ἄνευ ἀγῶνος καὶ ἐπισχιῶν ἔστιν, neque quim idem diceret (c. XXVI): διὰ γὰρ τὸ ἀναγνώσκειν φανερά (ή τραγῳδία) ὅποιά τις ἔστιν, imprimis ad ipsum Chaeremonem respexisse, ut suspicatur Welckerus, quisquam, opinor, facile sibi persuadebit qui quae antecedunt verba perpenderit. Reliqua quae V. Cl. hoc loco disputavit et quae alia dici contra possunt praetermitto. Nisi igitur res gravioribus demonstretur argumentis, nos neque de Chaeremonis neque omnino de anagnostica quadam Graecorum tragœdia, quam illa quidem aetate Welckerus fuisse statuit, cogitandum existimamus*); quamquam nos quoque valde dubitamus num Chaeremonis fabulae in scaenam commissae fuerint.

Sed iam redeamus unde deflexit oratio. Quemadmodum eximia quaedam poetæ laus ac virtus posita fuisse videtur in accurato illo describendi pingendique genere ac studio, — quae quidem res haud dubie efficit ut præ aliis poetis gratis acceptusque esset legentibus —, ita etiam sententiae eius quae singulae asservatae sunt, per se quidem minus accommodatae illæ ad ingenium artemque poetæ perspiciendam, multum habent quo se commendent acuminis et suavitatis; quare non dubitamus quin ea quoque in parte Chaeremo præstantissimus fuerit. Iuvat ex iis hoc loco nonnulla delibare quae poetæ ingenium prodere videantur. Pervulgatum fuisse apparet imprimis illud de vino et Amore dictum, quo poeta vinum temperari dicit moribus bibentium eodemque modo Amorem (frg. inc. II); ad quod prope accedit aliud quo vinum laudatur quod bibentibus risum paret, sapientiam, docilitatem, prudentiam (frg. inc. I). Qui autem poeta vinum laudibus tam egregie prosecutus sit virginumque illecebras, ut vidimus, tanto studio depinxerit, eum probabile est etiam alia præclara de Amore docuisse. Insignis hoc nomine præcipue est locus de amantium virtutibus ex Traumata fabula de promptus et Chaeremoni, sed falso, ut videtur, ascriptus. Neque tamen Oeneus ille virginum quas describit veneres contemplatus Amoris vim non sensit. Matrimonii vero odium satis acerbum prodit, si quidem Chaeremonis est, sententia haec: *Sepelire uxorem melius est quam ducere.*

* Inter anagnosticos illos a Welckero refertur (p. 1095) præter Chaeremonem etiam Crates Thebanus; de Nicolao Damasceno, Philostrato, alio, de quibus dixit p. 1321 sqq., facile concedimus. Idem laudat quae de recitandis dramatis disputavit Hegelius Vorless. über die Ästhetik III p. 512 sqq.; quae num quid faciant ad illam conjecturam commendandam valde dubitamus; quamquam nos quoque prorsus probamus quae summus philosophus dixit: *Nun darf freilich nicht behauptet werden, dass ein dramatisches Product nicht schon durch seinen innern Werth poetisch genügen könnte, aber diesen innern dramatischen Werth giebt wesentlich erst eine Behandlung, durch welche ein Drama vor trefflich für die Aufführung wird. Den besten Beleg hiefür liefern die griechischen Tragödien, die wir zwar nicht mehr auf dem Theater vor uns sehen, welche uns aber, betrachten wir die Sache genauer, zum Theil deshalb gerade vollständige Befriedigung gewöhnen, weil sie zu ihrer Zeit schlechthin für die Bühne gearbeitet waren.* Licet haec, ut rei contentaneum est, de principibus tantum illis poetis tragicis dicta sint.

Pietatem poeta egregie commendat frg. inc. XIII et XIV pariterque prudentiam (frg. VI, VII) et sapientiam (frg. VI, XII, XVI); de fortuna tradunt frggs. XIX—XXI, praeterea illud quod latine expressit Cicero; *Vitam regis fortior, non sapientia*; de ira dicit poeta frggo IX. X, XIV, XVII, de necessitate frg. XVIII; de tempore frggs. XXII et XXIV.

Quae autem adhuc disputavimus ea aliquam quidem de tragœdie indole: qualis apud Chaeremonem fuérit coniecturam admittunt. Quamquam in eiusmodi causa cœte providendum est, ne pauci illis fabularum reliquis abducti nostra nos potius sensa poetae obtrudamus, quam quid sere laudi aut yatio dandum ei fuerit eruamus; præsertim quum veterum nemo suam de Chaeremoniis arte sententiam copiosius explicuerit. Multa igitur Chaeremonem habuisse quibus egregie commendaretur, et Aristoteli testimonium suadet et vero ipsa probant fragmента. Sed in tragico poeta quae pótissimum virtutes requiruntur iis Chaeremonem clarum duisse parum credibile est. Descriptiones enim illae quas servavit Athenaeus eiusmodi sunt, ut si quae aliae referenda sint, ut apposite monuit Edi Muellerus, inter ἀργα μέρη quae Aristoteles (Poet. XXV) significavit πάντα ἡγετὰ πάντα διαφοραίς. Quae quum neque ad actionis tenorem promovendum neque ad notandos mores quicquam conferant, in tragœdia infelioem tantummodo locum obtineant necesse est. Ut Valet enim in ea multo magis quod de actione eiusque partibus idem indicavit Aristoteles (Poet. VIII): οὐ προσδιορίζει ποτὲ ἐπίδροι, οὐδὲ μόρον τοῦ ὅλου ἀγτίνει. Apud Chaeremonem autem descriptiones istae, ipso Athenaeo teste, per amplum spatium occupassevidentur. Tragœdia vero tantum abest ut in eiusmodi simplicibus versetur affectionibus vel conditionibus repraesentandis, ut summi finem habeat in exponendis fabula et actione eiusque partium necessario nexus aperiendo¹⁹¹). Quare satis probabile videtur, Chaeremonem, qui tanto studio res sectatus sit a tragœdiae indole atque consilio fere alienas, in actione explicanda et promovenda non eadem diligentia et cura fuisse versatum neque tota compositionis arte summam quae tragicis poetae est laudem quaesivisse. Eadem autem de causa valde dubitamus, num Chaeremo in θεοῖς describendis et νάθεσι quibus secundum in tragœdia opem Aristoteles vindicat, præcipuam quandam operam collocari, præsertim quum eiusdem summi philosophi quædam accedat auctoritas, qui scribit (Poet. VI, 15): γενούμενοι δὲ τοῦτον τὸν εἰδώλον ἀποτελεῖν τοῦτον εἴσοδον¹⁹²). Qui enim tantopere delectatur vivis pingendi artis coloribus, eum veri simile non est in personarum motibus effingendis, quae quidem tragœdiae vera quasi pigmenta sunt, pari studio fuisse occupatum.

Sed idem unum quod superest de compositionis arte indicium, licet tenue, proferamus. Aristoteles enim (Poet. XIV) de actione atrociori tragœdiae admissa dissenserens, ubi diversos

Cf. quae de Euripide non minus ἀγοῖς μέρην crebro eternaque apud hunc poetam discriminare disserruit: Ed. Muellers I. c. et quae in universum ea de re dixit Hegelius Vorles. über Aesthet. I p. 327.

¹⁹¹ Illiusmodi quin expositionis genus est, quod Hegelius I. c. I p. 258 vocat: die bestimmte Situation in ihrer Harmlosigkeit, quod proponat (p. 262): gelegentliche Zustände oder ein für sich unbedeutendes Thun; tragœdiae vero idem vindicat: die wesentlich in sich differente collisionsvolle Situation. Eadem de causa ostendit Aristoteles (Poet. VI, 12) πλευτὸν omnium tragœdiae partum esse statuit τὴν τὸν προφύτευσαν σύνοδον, οὐ μηδὲν autem et tragœdiae quasi animam τὸν πλευτὸν.

¹⁹²) Eius rei causas indicavit Gravenhorstius de causs. corruptae apud Graec. artis trag. p. 9 sq.

agendi modos explicat, altero loco ponit hunc: Λοτι δὲ πράξαι μὲν, ἀγνοῦντας δὲ πράξαι τὸ δεινὸν, εἰδὼν ὑπέρεργον λαναργόσατε τὴν φύσιαν. Cuius rei praeter Sophoclis Oedipum et Alcmaeonem Astydamantis exemplum affertur Telegoni τοῦ ἐν τῷ τραγῳδίᾳ Οδυσσεῖ, quo nomine Chaeremonis indicari fabulam, ab Athenaeo eidem poetae ascriptam, in fragmentis demonstrabimus. Chaeremo igitur Ulixen trucidari fecit a filio, patrem illum esse nesciente, et, ut Aristoteles addit, εἰν αὐτῇ quidem τῇ τραγῳδίᾳ, id quod apud Sophoclem in Oedipo factum est τοῦ τοῦ δράματος. In ipsa autem scaena cum Teleponus facinus illud perpatrasse putandus sit, ut interpretatus est Kepkius (Zeitschr. f. AW 1840 p. 484) et Bodius, an extra scaenam, ex ipsis Aristotelis verbis non licet divinare. Iure enim contra monet Welekerus p. 1057: auf der Bühne und ebenso auch im tragischen Theater zweierlei. Sed ex iis quae apud philosophum sequuntur liquido patet, laudari hoc loco ab Aristotele eius rei institutionem, primum quod ea ratione id quod timendum miserandumque sit non ex aspectu nascatur, sed ex ipsa factorum compositione (hoc enim dicit esse πλούσιον καὶ ποιητοῦ ἀκείνων), deinde quod melius sit eiusmodi facinus committi ab nescientibus et agnoscere postea, quam ab scientibus et intelligentibus (τούτο γὰρ μαρτυρῶν οὐ πρόσεσθαι τοιούτην τραγῳδίαν τοιούτην). Ei autem agendi modo anteponit philosophus tantum illum, quo qui facturus est per ignorantiam aliquid inexpiable, agnoscat ante facinus perpatratum, et eiusmodi facta, veluti si frater fratrem vel patrem filius vel mater filium vel filius matrem occidat, poetis dicit esse consecunda. Nēque praetermittendum videtur, Chaeremonis illam fabulam ne loco componi cum praestantissima fabula Sophoclis. Quamquam autem quaque ratione poeta in Uixe fabula singula persecutus sit, quomodo instituerit πλούσιον et λεόντιον, suspicari non possumus, tamen illa quidem in re Chaeremo praestitisse videtur quod bono poetae praestandum esse Aristoteles censuit.

De reliquis autem fabulis frustra est quaerere, quo modo poeta in inveniendis et disponendis argumentis versatus sit, neque tituli qui supersunt de compositionis arte probabilem admittunt conjecturam. Hoc tantum patet, etiam Chaeremonem quaedam argumenta sibi sumpsisse tractanda ex iis, quae ab recentioribus poetis praecipue frequentata esse testatur Aristoteles. Scripsit enim Alphesiboeam fabulam et Thyestem. Neque vero ex ea re coniendum est poetam ad graviores illos affectus excitandos, ad quos ista argumenta maxime accommodata fuerint, valde intentum fuisse. Nam ne illas quidem fabulas nimis tragicas fuisse ut statuamus, suadent fragmenta ex iis servata. Multa certe immiscuisse poeta videtur quibus animos ab timoris et miserationis sensu ad suavitatem atque laetitiam revocaret. Levioris autem argumenti fuisse Achillem Thersitoctonum, Dionysum, Iov fabulas nemo negabit. Achillis quidem illius et Iitis argumentum, quod praeter Chaeremonem, quantum scimus, nemo tragicorum poetarum attigit, vel adeo ad comoediae indolem spectat et comicorum fabulis uberrimam materiam suppeditavit. Centauri autem titulum ab ipso quod in eo poemate Chaeremo tractaverit argumento desumptum esse vix credas; quare suboritur suspicio, in eo opere, praesertim quum vera tragœdia non fuerit, poetam fortasse persecutum esse materiam in qua, velut in Agathonis fabula "Αγθός" inscripta, et res et nomina ficta essent (Aristot. Poet. IX). Quamquam autem ea de re nihil certi potest affirmari, hoc quidem facile nobis persuademus, ut Agathonis illam fabulam, sic etiam Centaurum indicio esse, poetam, qui beatos illos mythorum fontes iam fere exhaustos videret, hoc novo quodam experimento studuisse defectum eorum compensare.

De ipso autem Centauro quae ab antiquis scriptoribus traduntur eiusmodi sunt, ut ex eo
operi de Chaeremonis arte iure ac merito existimari posse arbitremur. Fuit enim poema in
quo cum omnia metrorum genera, tum diversae epicæ et lyricæ et dramaticæ poesis formæ
et elementa nescio quoniam miro artificio essent confusa. Athenæus enim δοῖρα vocat πολύε-
ργον, Aristoteles μητήρ φαντασίαν ἐς αἰτίων τὸν μέρον, quo de re vide quae infra ad
fragmenta uberioris disputabimus. Welckerus quidem, qui omnino de recentioris aevi poetis
tragicis opinionem animo concepit iusto, ut nobis videtur, aequo rem*) plane negat (p. 1093)
de artis ratione quicquam posse ex illo carmine comici, quippe quod inferiorem tantum inter
reliqua poetae opera docum obtinuisse videatur. Sed haec conjectura, si quid video, nullis
suffulta est rationibus. Etenim duobus locis quum Aristoteles eius poematis mentionem faciat
et ita quidem, ut ipsum satis notum ac celebre fuisse appareat, altero autem loco idem miram
illam numerorum permixtionem aperte vituperet: vel ex eo aliquis suspicetur istam Centauri
conformationem propter novitatem rei admirationem movisse neque improbatam fuisse aequali-
bus. Accedit, quod in eiusmodi opere, ad epicam rationem ex parte quidem conformato,
praecipue exsplenduisse verisimile est ingenium poetae, quem describendi ac depingendi ut
studiosissimum, ita peritissimum fuisse fabularum reliquiae demonstrant. Sed utcunque ea res
se habet, fecit certe Chaeremo in Centauro suo, quod, nisi gravissimorum testium auctoritate
confirmaretur, a quoquam Graecorum poëtarum factum unquam esse præfracte negares.

Diversas enim metrorum formas quim poeta in illo carmine permiseret, aperte ostendit quam non curaret aut certe negligi posse putaret veterem illam legem, quae apud Graecos suos cuique poesis generi numeros praescriperat quibus poetae uterentur, quaeque eos permutari inter se strenue yetabat. Quare Aristoteles eiusmodi poematis rationem reprehendens (Poet. XXIV.) *αὐτὸν τὴν γένους διάκρισιν τὸ ἐμπόριον αὐτῆς διαφέσσαν*. Quum autem poeta pariter etiam poesis discrepantia inter se genera confunderet, idem transgressus est artos illos limites, quibus ea ipsa essent inclusa et intra quos religiose se continuisse Graecorum poetas scimus omnes. Itaque Centaurus ille documentum est, certas illas numerorum formas diversaque poesis genera Chaeremoni visa esse non ex ipsa rei indole atque natura orta, sed casu quodam oblati et quibus poeta uti posset suo arbitratu ac libidinose. Neque prorsus intentasse, qua disparatas ac disclusas ab se epicae, lyricae et dramaticae poesis species tanquam ad novum quoddam artis genus consociaret et miro quodam temperamento complectere. Quo quidem artificio haud dubie Chaeremo novam poesi vim ac splendorem conci-

⁹) Ad hos poetas, defendendos quam propenso vir clarissimum sit animo imprimis videre licet p. 913 sq. et p. 919 sqq. et c. p. 1003. 1246 sqq. 1250. M. Sed certe quod idem dicit p. 914: Zuletzt aber wird man vielleicht eher auch darin den Griechischen Künstlergeist bewundern, dass die tragische Poesie sich bei zum Ende auf sichtungswert Hebe behauptet und aufgehoben hat, ohne verfallen zu sein; et p. 915: die Kunst war weit über den Zuständen des Staates, es non a multis probatum, tri recto confusa. Nobis quidem persuasum est, poesin, quam tanquam in speculo quodam rerum publicarum statum ostendat, eo perverso ac tristis, ut et tragicam artem fere una cum Euripide fuisse extinctam.

^{adversary} Ulrichs (Gesch. der Hellen. Dichtkunst I, p. 519) hält Cenitaurum epicae poesis meritum repräsentare ratus vocat: einen verzweifelten Versuch, das Epos durch rücksichtslose Verschmelzung mit den überwiegen-^{dien} den Kunstelementen wiederum gelingt zu machen, wodurch er endgültig in mindestens einzigem Fall (**) 4*

liari existimavit. Sed pulcherrimus omne quum suapte natura pon: consistat nisi certo modo ac fine strenue servato, profecto: is, qui eius formas ac fines temere excedens aeternas illas leges vel uno tantum opere ad suum ipsius arbitrium detorqueri posse putarit, lapsae iam et inclinatae omnis artis indicia praebet manifestissima. Quae res quo magis in Graecum cadit poetam, eo minus dubitamus accedere Ed. Muellero, qui de Centauro disserens eadem de causa Chaeremonem censem ab verae artis tum epicae, tum tragicae ratione longius recessisse¹⁾. Ut autem ex reliquis fabularum fragmientis, ad epicam magis quam dramaticam rationem conformati, ita etiam ex Centauri indole patere videtur; apud Chaeremonem quoque tragicam artem revocari et reverti ad primordia sua dilabique rursus in elementis ex quibus originem traxerat, epicam dico poesin et lyricam. Neque in eo est quod omninem, praesertim quam omnino haec mutua sit diversorum poesis generam condicio, ut et epicam formam modo ad lyricam modum ad dramaticam adspiret, ad dramatis aut epopeiae rationem se quodammodo componat poesis lyricali et drama denique ultra revolvatur ad epicis et lyricis generis species in ipso artissimo vinculo coniexas. Cuius rei exemplo sunt Homerus, dithyrambus ille recentior, Eupides. Eandem rem maxime confirmant Agathonis recentiorumque tragicorum quibusque illi poetae malunde ascita suis inservabant fabulis nullo plane cum ipsa tragediae actione vinculo coniuncta. Neque Chaeremonem abstinuisse ab eiusmodi exodus suspicari quidem licet ex loco illo Athenaei de quo disimus p. 8 sequitur. Etiam ea in re, si in qua alia, tragœdiae ab verae artis indole degeneratae ducentum vestigium nos persuasum habemus.

